This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600090854W

600090854W



S. CÆCILI CYPRIANI

EPISCOPI KARTHAGINIENSIS

ET

MARTYRIS

LIBRI

DE CATHOLICÆ ECCLESIÆ UNITATE,

DE LAPSIS

ET

DE HABITU VIRGINUM.

AD CODD. MSS. VETUSTISSIMORUM FIDEM

RECOGNOVIT

ET

ADNOTATIONE CRITICA

INSTRUXIT

JO. GEORGIUS KRABINGER.

TUBINGÆ MDCCCLIII.

IN LIBRARIA HENRICI LAUPP.

110. b. 106.

EX OFFICINA H. LAUPP.

VIRO REVERENDO ATQUE DOCTISSIMO

ANTONIO RULANDIO

BIBLIOTHECÆ ACAD. WÜRZEBURGENSIS

PRÆFECTO

HUNC LIBRUM

GRATI ANIMI SUMMÆQUE OBSERVANTIÆ

TESTEM

D. D. D.

EDITOR.

PRÆFATIO.

Cypriani, scriptoris eloquentissimi et suavissimi, opera, ab Lactantio *), Hieronymo **), Augustino ***) aliisque ecclesiae Patribus summis laudibus ornata, in omnibus, quotquot hucusque in lucem prodierunt, exemplaribus etiam post doctissimorum virorum curas hic illic mirifice esse depravata atque interpolata nemo nescit, qui aliquid in illis emendandis studii collocavit.

Quare, postquam tria eiusdem auctoris pulcherrima

*) Institut. V. 1, 24.: Unus praecipuus et clarus exstitit Cyprianus, qui et magnam sibi gloriam ex artis oratoriae professione quaesierat; et admodum multa conscripsit in suo genere miranda; erat enim ingenio facili, copioso, suavi et, quae sermonis maxima est virtus, aperto, ut discernere nequeas, utrumne ornatior in eloquendo, an facilior in explicando, an potentior in persuadendo fuerit.

**) Epist. LVIII. ad Paulinum §. 10. Tom. I. p. 324. B. ed. Vallars.: Beatus Cyprianus instar fontis purissimi dulcis incedit et placidus et, cum totus sit in exhortatione virtutum, occupatus persecutionum angustiis, de scripturis divinis nequaquam disseruit. Cf. eiusdem Epist. LXX. ad Magnum oratorem §. 3. Tom. I. p. 426. C. et Epist. CVII. ad Laetam §. 12. p. 682. C.

***) Serm. 313. in natali Cypriani martyr. V. Cap. I. Tom. V. P. II. p. 1258. D. ed. Maurin.: Cuius reverendi episcopi et venerandi martyris Cypriani laudibus nulla lingua sufficeret, nec si se ipse laudaret, et Epist. XCIII. Cap. 10. §. 39. Tom. II. p. 247. A.: Stilus eius habet quandam propriam faciem, qua possit agnosci.

opuscula, quae hac editione benevolis lectoribus emendatiora exhibentur, in integram lectionem restituendi consilium cepi, optimum esse mihi visum est codicum antiquissimorum et praestantissimorum copiam undique conquirere vel lectiones variantes ex eiusmodi libris enotatas mihi comparare, nec non recentiores quoque manuscriptos in usum meum convertere.

In codicum numero, quos ipse contuli, fuerunt hi:

I. W — cod. theolog. Würzeburgensis Nr. 145. membranaceus, saec. VII., in fol., constans foliis 136., charactere Longobardico diversisque manibus exaratus et in iis Cypriani codicibus, qui in Germanicis asservantur bibliothecis, vetustissimus ac praestantissimus, quem, quod ad externam libri formam attinet, accurate descripsit Ios. Ant. Oeggius in libro vernaculo: Korographie von Würzburg. Tom. I. p. 385 sqq.

Fol. 1—38, b. continentur tres libri ad Quirinum. In fronte nulla inscriptio; desunt enim libri I. priora quindecim capita, item initium capitis sedecimi. Incipit nimirum codex: *etur et novum caelebraretur* (p. 280. l. 3. ed. Baluz.). Fol. 7, a. l. 2. ab extr. post verba: *in carnem venisse de deo est qui* (p. 288. l. 22.) complura desiderantur sine ullo lacunae indicio.

Fol. 38, b. sequitur incerti auctoris *de iudicio domini carmen* (vid. Tertulliani Opera ed. Rigalt. 1641. fol. ad calc. p. 808), quod in codice inscribitur: *Incipit ad Felicem versus de resurrectione mortuorum*, et sic exorditur: *Quid mihi ruricolas obtavit carmine musas?* Desinit fol. 43, a. his verbis: *et meliora piis flagrabant*

(sic) *omnia vobis, Horrendisque simul liberatur vita periclis, Atque aeterna suis venient ad praemia votis.* Quibus adduntur: EXPLICIT DE RESURRECTIONE MORTUORŪ CECILII CYPRIANI AD FELICEM *).

Fol. 43, a. post l. 19. habentur alia Cypriani scripta, diverso litterarum charactere exarata praemisso hoc titulorum indice: AD DONATVM. DE HABITV VIRGINVM. De lapsis. De catholicae aeclesiae unitate. De dominica oratione. De mortalitate. De opere et elimosinis. Ad demetrianum. De bono patientiae. De zelo et liuore. Ad fortunatum de exortatione martirii. Ad quirinum lib. N III. Ad caeciliū de sacramento dominici calicis.

Addita sunt lemmata complurium Cypriani epistolarum, quae in hoc cod. non inveniuntur.

Sequitur deinceps (fol. 43, b.) textus libri ad Donatum sine inscriptione, desinens fol. 48. b., tum librorum de habitu virginum fol. 48, b—55, b., de labsis fol. 55, b—67, a., de catholice aeclesiae unitatae fol. 67—76, b., de dominica oratione fol. 76, b—87, a., de mortalitate fol. 87, b—93, b., de opere et elymosinis fol. 93, b—102, b., ad Demetrianum fol. 102, b—112, a., de patia (sic) fol. 112, a—121, a, ubi legitur *de bono patientiae;*

*) Exstat idem poëma in alio codice theolog. Würzeburgensi Nr. 56, in fol. min., membranac., saec. IX. fol. 13, a — 19, a, in cuius fronte legitur: INCIPIVNT AD FELICEM VERSUS DE RESURRECTIONE MORTUORUM. In anterioris thecae superiori parte ab antiqua manu notatum hoc lemma: *Liber Gesbaldi epi de resurrectiõe mortuorum metric⁹ est.* Vid. Oegg. libr. supra cit. p. 505 seqq.

de zelo et liuore fol. 121, a—126, b., ad Fortunatum fol. 126, b—136, b. In calce habet: ad Fortunatum de exhortatione martyrii.

Accedit brevis notitia ex martyrio S. Cypriani.

Huius libri pretiosissimi usum et aliorum Würzeburgensium, qui ad emendandum Cyprianum faciunt, singulari debeo benevolentiae Viri doctissimi Antonii Rulandii, Bibliothecae Acad. Würzeburgensis Praefecti meritissimi.

II. Ma — Monacensis (Clm. 4597), olim Benedictoburanus Nr. 97., membranaceus, forma quadrata, saec. VIII. censente Bernardo Pezio (Thesaur. Anecdotorum noviss. Tom. III. P. III. p. 615.), foll. 182., diversis manibus scriptus, partim charactere Francico, partim Anglosaxonico.

Fol. 1—63. inest Expositio $\overline{\text{Sci}}$ Hieronimi $\overline{\text{pri}}$ in Daniel propheta (sic). Fol. 64. legitur idem fere, ut in Würzeb. codice, indiculus capitulorum S. Cypriani operum XLI., quae ibi vocantur *aepistulae*. Ex quibus in hoc libro (fol. 65—164.) tantummodo exstant undecim: ad Donatum, de habitu uirginum, de lapsis, de catholicae aecclesie vnitate, de dominica oratione, de mortalitate, de opere et aelymosinis, ad demetrianum, de bono patientiae, de zelo et liuore, ad fortunatum. Sed postremus liber mancus est; desinit enim his verbis: *Nemo est qui derelinquat domū.* Adhaerent fol. 165—171, a. (S. Hieronymi) uita $\overline{\text{Sci}}$ Pauli monachi, primi heremitae; fol. 171—175. captūitas Malchi mona scripta a $\overline{\text{sco}}$ Hieronimo; fol. 175, a — 178, a. Sermo $\overline{\text{sci}}$ Leonis papæ de octo

beatitudīb; dein sequitur sermo beati maximi epi de confessorib; et fol. 180, a—182, a. de confessoribus omelia eius. beati maximi.

III. Mb — Monacensis (Clm. 208) sive Schedelianus, membranaceus, form. max., saec. X., constans foll. 247., characteribus Longobardicis scriptus.

Fol. 1, a—2, a habet: HAEC SVNT CAPTL IN EPISTVLAE (sic) CAECILI CYPRIANI NVMERO. LXXXVI.

Fol. 2, b. incipit sine lemmate liber ad Donatum sive primum eius apographum, quod terminatur his verbis: *Postquam caelitus spū hausto in nouum me hominem natiuitas secunda reparavit.* Subsequitur epistola ista Donati ad Cyprianum suppositicia, quam Pamelius epistolae ad Donatum praefixit et Baluzius Notis suis ad Cyprianum p. 370. inseruit. Fol. 3, a. initium facit alterum et integrum apographum epistolae ad Donatum sine inscriptione et desinit fol. 7, b., ubi additur: AD DONATŪ EXPLT.

Hoc opusculum excipiunt sermones de habitu et disciplina virginum, de lapsis, de dominica oratione, de ecclesiae catolice vnitate, ad Demetrianum, de mortalitate, de opere et aelymosinis (sic), de bono pacientiae, de zelo et liuore etc. etc.

IV. Mc — Monacensis (Clm. 18203), olim Tegernseensis Nr. 203., in fol. min., membranaceus, saec. XV., foll. 212. inscr., quorum primum in fronte picturis eleganter exornatum est.

Praemittitur index Cypriani operum, quae hoc MS. continentur. In tegumenti parte posteriore intus scripta

leguntur haec: „Emptus hic liber per me Iohannem Troster praepositum Maticensem *) Venetiis a Cartalario Caspare anno domini 1462. ultima Iunii pro XII. ducatis.“ Alia manus eaque recentior apposuit: „Dedit Jo. Mendl.“

Fol. pr. vac. notatur: „Ioh. Troster et Ioh. Mendel, ambo Canonici Ratisbonenses, cognati et ambo Ambergenses hunc librum epistolarum B. Cypriani Carthaginensis et martyris donarunt ambo ad monasterium Tegernsee pro studio et emendatione codicis anno 1472. die proxima dominica pentecost., ut deum pro eis orent.“

Fol. 1, a. est hoc lemma: HAEC (sic). INSVNT. AEPISTVLAE. CAECILI (ita a m. pr., a sec. CAECILII). CYPRIANI NVMERO. LXX. INCIPIT. PRIMA AD. DONATVM. Sequuntur deinde opuscula de habitu virginum, de lapsis, de catholicae ecclesiae unitate, de dominica oratione, de mortalitate, de opere et eleemosynis, ad Demetrianum, de patientia, de zelo et livore, ad Fortunatum, ad Quirinum libri numero tres, ad Caecilium de sacramento dominici calicis, magna pars epistolarum, liber spurius de spectaculis, Pontii vita et passio beati Cypriani martyris. Quibus adduntur scripta subditiva de duobus montibus, de monte Sina et Sion adversus Iudaeos, ad Vigilium episcopum de Iudaica incredulitate et coena S. Cypriani mart., item versiculi domini Ioannis.

Correctus est hic liber passim inter versus et in

*) Fuit Trosterus Aeneae Sylvii discipulus et familiaris inque studiis humanitatis et litterarum versatissimus. Vid. Sebast. Günthner. in libro, qui inscribitur: Geſchichte der litterariſchen Anſtalten in Baiern Tom. III. p. 43 sq. et 137 sq.

margine ab r. m. ex una, ut videtur, editione principe, sive Romana, sive Veneta prima: quam correctionem factam esse in monasterio Tegernseensi intelligi potest ex verbis supra laudatis: *pro studio et emendatione codicis.*

V. Md — Monacensis (Clm. 21249), olim Ulmensis Nr. 40, in fol., membranaceus, saec. XV., constans foliis 168.

Lemma: *Cypriani Liber de Gratia Dei ad Donatum,* quod fol. 1. in fronte habet, et praemissum qui insunt librorum indicem scripsit vir doct. Georgius Veesenmeyer. Ordo autem Cypriani operum, quae hoc codice continentur, longe alius est, quam in membranis supra memoratis. Fol. 4, b—10, b. legitur: Item eiusdem ad Demetrianum, fol. 10, b—18, a. epistola ad Fortunatum de hortatione martyrii, fol. 18, a — 19, a. ad Moysen et Maximum: *Et cunctos vos pariter* etc., fol. 19, a—b. de Aurelio (confessore, lectore ordinato): *De ordinandis clericis* etc., fol. 19, b —21, a. ad martyres: *Exulto laetus* etc., fol. 21, a — 27, a. ad Novatianum (i. e. de catholicae ecclesiae unitate), fol. 27, b — 34, b. de oratione dominica, fol. 34, b—39, b. de mortalitate, fol. 39, b—45, b. de opere et eleemosynis, fol. 45, b—50, b. de patientia, fol. 51, a—54, b. de zelo, fol. 54, b—59, b. de disciplina et de habitu virginum, fol. 59, b—67, b. de lapsis. Accedunt epistolae LXVII., item concilium Carthaginiense de baptizandis haereticis cum libellis subditivis de laude martyrii, adversus Iudaeos, qui insecuti sunt dominum Iesum Christum et de duobus montibus Sina et Sion.

VI. Ba — Bambergensis (B. IV. 5.) Nr. 476., membranaceus, saec. XI., form. max., constans foliis 204., quo libro continentur omnia fere Cypriani opera. Vid. Jaeck. librum, cui titulus est: Beschreibung der öffentlichen Bibliothek zu Bamberg p. 63.

VII. Bb — Bambergensis (B. IV. 6.) N. 477., membranaceus, saec. XI. (potius XII.), form. max., foll. 176.

Insunt libri ad Donatum, de lapsis, de opere et elemosinis, de bono patientiae, de zelo et liuore, ad demetrianum, de unitate catholicae aecclesiae, de oratione dominica, de mortalitate, epistola ad Rogatianum Presb. et ceteros confessores de disciplina cum aliis SS. Patrum scriptis.

Utrumque hunc codicem Vir Reverendus Petrus Söllnerus, Capellanus ecclesiae cathedralis Bambergensis, anno 1847 Bibliothecarii vices gerens, intercedente V. Cl. Constantino Hoeflero, tunc tabularii Bambergensis Praefecto, nunc in litterarum Universitate Pragensi Professore, benignissime mecum communicavit.

VIII. A — Augustanus, qui fuit olim monasterii Blanckstadiani, Nr. 65., form. max., bombycinus, saec. XV., foll. 241. Cuius libri usum debeo summae liberalitati V. Cl. G. Casp. Mezgeri, Gymnasii ad S. Annam Rectoris et bibliothecae Augustanae Praefecti.

Fol. 1, a. ita exorditur: *Incipiunt epistole Sācti Cypriani Carthagiñ*. Lemmate caret ad Donatum liber (fol. 1—4, b.), ubi textus prima littera eleganter aurata et variegata est. Fol. 4, b. incipit epistola secunda de disciplina ad uirgines et desinit fol. 11, a. Fol. 11, a—21,

a. sequitur epistola t̄cia de pace et paciencia virorum sanctorum (i. e. liber de lapsis). Fol. 17, a. infr. post verba: *Nec hic esse sine poena possunt, quamvis necdum poenae dies venerit* (p. 95. 1 — 2. edit. nostrae) perperam illatum est hoc lemma: *Epistola quarta de vnitate fidei et eius confessoribus.* Fol. 21, a—29, a. habetur sine ulla inscriptione liber de catholicae ecclesiae unitate, fol. 29. a—34, b. de oratione dominica item sine inscriptione, fol. 34, b — 42, a. *epistola sexta de beneficiis diuinis* (i. e. de opere et eleemosynis), fol. 42, a—48 b. de mortalitate sine lemmate, fol. 48, b—56, a. ad Demetrianum sine titulo, fol. 56, a—62, b. de patientia et fol. 63, a — 68, a. de zelo et livore, uterque liber sine inscriptione. Praeterea in hoc volumine insunt complures Nostri epistolae una cum opusculis suppositiciis.

Ceterum quod attinet ad librum de habitu virginum praeter codices laudatos excepto Bb, in quo deest hic sermo, usus sum manuscripto Emmeramensi E. LIV (Clm. 14431.), membranaceo, form. quadrat., saec. IX., in quo reperitur fragmentum haud contemnendum illius opusculi, quod fol. 2, a. l. 7. ita incipit: *lapillis et margaritas* (sic) *contexta serie* (p. 146. l. 2.) et omnia usque ad finem complectitur. Hoc fragmentum in observationibus notavi siglis Fr. Emm. 1. Exstat in eodem codice (fol. 24—27, b.) alterum eiusdem saeculi fragmentum, significatum a me Fr. Emm. 2., quod inscribitur: BREUITER EXCERPTŪ EX EPISTL̄ CECILI CIPRIANI DE HABITATU (TA ab r. m. lineola subducta deleto) UIRGINŪ.

Ad haec subsidia critica accessit collatio codicum

Veronensium, Neapolitanorum et Vaticanorum, sed non Beneventani, ut opinatur Schoenemannus in Biblioth. historico-litterar. Patrum Lat. Tom. I. p. 121., ad margines exemplaris editionis Manutianae (Rom. 1563. fol.), quod in Bibliotheca Acad. Gottingensi asservatur, a docto Italo saec. XVI. adscripta. Cuius libri pretiosissimi, quem Vir doctissimus Schweigerus, Bibliothecae Gottingensis Praefectus, benigne adnuentibus summis curatoribus in usum meum humanissime ad me transmisit, anno 1737 possessor fuit Iacobus Soranzus et postero tempore Iosephus Smith, Consul Britannus apud Venetos.

In iis vero codicibus, quorum lectiones variantes ibi reperiuntur, principem locum obtinet Veronensis ille, quo Latinus Latinius in adornanda editione Manutiana usus est. Nec loco alienum videtur esse adponere, quae de illo *κειμηλίῳ* adnotavit vir *κριτικώτατος* et de Cypriano restituendo optime meritus in Epist. ad Andr. Masium T. II. p. 101. „Antiquissimum codicem unum", inquit, „ex Veronensi bibliotheca advectum litteris maiusculis ante annos mille, ut puto, scriptum diligenter cum Io. Baptista Singhicello percurri; ex eo id inprimis factum est lucri, ut multa, quae Cypriano tribuuntur, notha esse intelligeremus; nihil enim habet admixtum eorum, quae viri docti ante nos falso Cypriano adscripta esse suspicati sunt verius, quam censuerunt. Ordo scriptorum paene idem in omnibus, unde non satis mirari possum, qua fronte totum inverterit audacissimorum hominum vel imperitia vel certe levitas. Nam, ut vides, in excusis omnia paene suo loco mota, omnia divulsa, non tempora,

non negotia, non personae sedem suam agnoscere possunt.“ Conf. eiusdem bibliothec. sacr. et profan. Tom. I. p. 178. col. 2. et Ald. Manut. orthograph. v. Culcita. De fatis, quae postero tempore habebat ille liber, vid. Blumius in Itin. Ital. Tom. I. p. 257 sq.

Sermone de catholicae ecclesiae unitate typis fere descripto exoptato mihi venit lectio varians e codice Seguieriano 185. (nunc in Suppl. Lat. 712.) ab Eduardo Wölfflino Basileensi, iuvene eruditissimo optimaeque spei, peritissime et accuratissime in meam gratiam enotata.

Is liber unciali charactere quadrato et rotundo descriptus sexto vel septimo saeculo inter antiquissimos et praestantissimos computandus est censente Montfauconio Biblioth. Coislin., olim Seguer. Tom. I. p. 240. seqq. Conf. nouveau traité de diplomatique Tom. III. p. 55 et 145. Scripturae specimen primus dedit Montfauconius l. c. p. 242., sed multo accuratius est illud, quod exhibent Benedictini ad p. 145., Pl. XLII. IVe espèce et Natalis de Wailly Elements de Paléographie. Tom. II. Pl. II. nr. 2.

Ex his libris manu exaratis Veronensis antiquissimus, Seguierianus, Würzeburgensis et Ma sive Benedictoburanus ut aetate, ita sinceritate optimarumque lectionum copia ceteris omnibus longe praestant; reliqui vero, utpote recentiores et magis minusve corrupti atque interpolati in numerum deteriorum adscribantur necesse est; omnium autem interpolatissimus ac depravatissimus est Augustanus, etsi negari omnino non potest etiam in his exemplaribus multum bonae frugis inesse.

Praeter codices Mss., de quibus commemoravimus, praesto fuerunt editiones omnes, quae ad criticam exercendam momenti aliquid afferre poterant.

1. Ed. princeps per Conr. Sweynheym et Arnold. Pannartz (SP). Romae. 1471. fol.
2. Ed. Veneta (Ven. 1.) ap. Vindelinum de Spira. 1471. fol.
3. Ed. Veneta (Ven. 2.) ap. Lucam Venetum. 1483. fol.
4. Ed. s. l. et a. (Daventriae a Rich. Paffroet c. annum 1477. typis descripta. Vid. Panzer. Annall. typogr. Vol. IV. p. 119. nr. 406. et L. Hain Repertor. bibliogr. T. I. P. II. p. 220. nr. 5894.), quae innotuit Erasmo, Henr. Gravio, Pamelio et Io. Fred. Gronovio Observatt. in Scriptoribus ecclesiast. p. 570. ed. Frotscher. Ego mutuam eam accepi a Viro mihi amicissimo Antonio Rulandio ex Bibliotheca Acad. Würzeburgensi.

   Hic liber a reliquis prima typographiae aetate editis eo discrepat, quod ad codices manuscriptos recognitus est.
5. Ed. s. l. et a. (Memming. ap. Albertum Kunne de Duderstadt. Vid. L. Hain Repertor. bibliogr. Vol. I. P. II. p. 220. nr. 5895.) in fol.
6. Ed. a Bertholdo Rembolt et Ioanne Waterloes typis expressa. Paris. 1512. 4.
7. Ed. Erasmiana. Basileae ex officin. Froben. 1520. fol.
8. Ed. Coloniensis ex officin. Petri Quentel ab Henr. Gravio castigata. 1544. fol.
9. Ed. Rom. 1563. ap. Paulum Manutium, Aldi fil., in

fol. Prodiit cura et studio Latini Latinii Viterbiensis, de quo vid. supra; sed sine editoris nomine. Cur nomen suum vir praestantissimus addi non pateretur, ipse narrat Epist. Tom. II. p. 109. ad Masium his verbis: „De Cypriano puto te nescio quid praeclarum exspectare; sed frustra; laboratum est a me diligenter ac summa fide, multa restituta sunt, additus etiam paene iustus epistolarum liber. Verumtamen mihi fieri satis non potest, quando quorundam hominum libidine non sat scio, an prudentia commissum est, ut contra scriptorum codicum fidem nonnulla retenta sint, aliqua etiam addita, plurima vero (quod tamen ad scripturarum citata passim testimonia pertinet) immutata, ut quam fieri minime posset a vulgata sacrorum Bibliorum editione discreparent. Quae res fecit, ut ne nomen quidem meum a Manutio paterer ullo modo adscribi; non enim, ut multi fortasse existimant, leve apud me crimen umquam putabitur, aut veritatem caelasse aut omnino litterulam immutasse. Collegeram multis vigiliis et laboribus quaedam etiam ad illustranda loca aliquot obscuriora, parabam etiam breves quasdam annotatiunculas, in quibus post varias codicum lectiones indicatas, quid maxime essem secutus ostenderem. Sed ab eo labore supersedi, ne fidem meam cuisquam meticulósa prudentia vel levissima infirmare posset. Quare meo periculo didici stultum esse in iis studiis aetatem terere, in quibus necesse sit alieno

stomacho satisfacere.“ Cf. eiusdem epistol. ad Iac. Pamelium T. c. p. 182.

10. Ed. Guilielm. Morelii. Paris. 1564. fol.
11. Ed. Pameliana. Antverp. 1568 et Paris. 1593. fol. Usus est Pamelius pluribus codicibus Belgicis iisque deterioris notae, quibus nimis confisus Cyprianum non magis emendavit, quam depravavit. Quo factum est, ut corruptionum et interpolationum, quibus textum inquinavit, vel maximus numerus in posteriores melioresque editiones irreperet.
12. Ed. Rigaltiana. Paris. 1648. fol.
13. Ed. Oxoniensis e theatro Sheldoniano. 1682. fol.
14. Ed. Stephani Baluzii. Paris. 1726. in fol. max.
15. Ed. Goldhorniana (in Gersdorf. Bibliothec. Patrum Vol. III. P. II.). Lips. 1839. 8.

His igitur auxiliis criticis instructus ad praestantissima Cypriani opuscula emendanda expoliendaque me adcinxi, id inprimis spectans, ut textum ad fidem vetustissimorum atque optimorum codicum expurgarem et, quantum fieri posset, ad pristinam formam reducerem.

Scribebam Monachii ineunte mense Maio 1853.

JO. GEORGIUS KRABINGER.

S. CÆCILI CYPRIANI

EPISCOPI KARTHAGINIENSIS

ET

MARTYRIS

LIBRI

DE CATHOLICÆ ECCLESIÆ UNITATE,

DE LAPSIS

ET

DE HABITU VIRGINUM.

DE
CATHOLICÆ ECCLESIÆ UNITATE *).

I.

Cum moneat [1]) dominus et dicat [2]): *Vos estis sal terrae*, cumque [3]) esse nos iubeat ad innocentiam sim- Ed. Baluz. Paris. p. 193.

*) *INCIPIT DE CATHOLICE ÆCLESIÆ VNITATÆ* exhibet W. *INCIPIT DE CATHOLICÆ ÆCCLESIE VNITATE* Ma. *INCIPIT DE CATHOLICA* (sic) *ECCLESIÆ UNITATE* Seguier. ap. *Montfaucon.* Biblioth. Coislin., olim Seguier. p. 241. *Incipit de catolicae aecclesiae unitate* Mc. *De catholicae ecclesiae vnitate* Vat. 4. *Incipit liber de catholice ecclesiae unitate* cod. Vindob. theolog. 559. (vid. Mich. Denis. Codd. mss. theologg. Biblioth. Palat. Vindob. Lat. Vol. I. P. II. p. 2127). *INCIPT DE ECCLESIÆ CATOLICE VNITATE* Mb. *Incip de eccle catholicae unitate aduersus hereticos et scismaticos* Ba. *Incipit liber de unitate catholicae aecclesiae* Bb. *DE VNITATE ECCLESIÆ CATHOLICÆ* Pamelius et Rigaltius. *Catholicae* om. Oxonienses, Baluzius et Goldhornius. Lectionem autem a nobis receptam egregie tuetur ipse *Cyprianus*, qui Epist. LI. p. 66. ed. Baluz. hunc librum respiciens diserte dicit: *Sed et catholicae ecclesiae unitatem, quantum potuit, expressit nostra mediocritas.* Cf. Epist. LII. p. 72 et 73. Idem Epist. LXXVI. p. 152 utitur his verbis: *Unde adparet adversarios domini et antichristos omnes esse, quos constet a caritate atque ab unitate ecclesiae catholicae recessisse.* Huc facit etiam Fulgentius de remiss. peccat. I. 21., ubi haec leguntur: *Huius arcae mysterium beatissimus martyr Cyprianus scribens in libro de simplicitate praelatorum vel potius secundum vetusta exemplaria de unitate ecclesiae catholicae exponit.* Inscriptionem: *De simplicitate praelatorum*, a Rembolto, Erasmo aliisque praemissam, falsam esse satis declaraverunt Pamelius, Rigaltius et Oxonienses. *Incipit ad Novatianum* ab antiqua manu habet Md. *Adversus Novatianum Scismaticum de Ecclesie unitate* dant edd. principes. Deest lemma in A.

I. 1) *Commoneat* Ma; *quomō* (i. e. *quomodo*) *mon.* A. Dein *ac* pro *et* Ma. 2) Matth. 5, 13 et 10, 16. 3) *quōmque* (i. e. *quoniamque*)

plices et [4]) tamen cum simplicitate prudentes, quid aliud, fratres dilectissimi, quam providere nos [5]) convenit, et sollicito corde vigilantes subdoli hostis insidias intellegere pariter et cavere, ne qui Christum, sapientiam dei patris, induimus [6]), minus sapere in tuenda salute videamur? Neque enim persecutio sola metuenda est [7]), et ea, quae subruendis ac deiciendis dei servis aperta inpugnatione grassantur. Facilior cautio est ubi manifesta [8]) formido est, et ad certamen animus ante praestruitur, quando se adversarius confitetur [9]). Plus metuendus est et cavendus [10]) inimicus, cum [11]) latenter obrepit, cum per pacis imaginem fallens occultis accessibus serpit, unde et nomen serpentis accepit. Ea est eius semper astutia [12]), ea est circumveniendi hominis caeca et latebrosa fallacia. Sic ab initio statim mundi fefellit, et ver|bis mendacibus blandiens ru- 194

esse vos A. 4) *et* om. Ma. Pro *tamen* scribitur *tantum* in Md. Mox *prudentis* in A. 5) *vos* A. 6) Ita Ver. Bab. et ex duodecim libris Mss. atque uno Vossiano Baluzius, *induimur* W. Mabcd cum edd. Baluzianam antecedentibus, *induimini* A. Tum *et intuenda salute* pr. Mb. Post vero, erasa partic. *et*, supra lin. scriptum est *de*. *Intuenda* habet etiam Mc. Dein *videamus* A. 7) *metuenda est ei* Mb. Proxime *et eiciendis* Bb. Inverso ordine *servis dei* W. Mabc. Bab. A. Tum *aperta indignatione* Mb. Idem primo *grassatur*, quod perperam exhibent W et Mac; *crassatur* Ba. 8) *manifestior* ed. Manut. Correxit vir doct. in Gotting. exempl. *manifesta*. Mox cod. Vindob. supra cit. *prestituitur* probante *Denisio*. 9) *adversa prius confitetur* Ma, *profitetur* Mb et Pamel. Sed vid. Gronov. Observatt. III. 24. p. 323. ed. Frotscher. et Baluz. Not. p. 544. 10) *cavendus est et timendus* A. *Timendus* dant etiam W. Mabc. et Bab. *Est* a r. m. inter vers. habet Mc. 11) *quō — quō* i. e. *quoniam — quoniam* pro *cum — cum*, ut passim, A. De hoc compendio vid. Wunder. Varr. Lectt. in Cicer. ex cod. Erfurt. enot. p. XCVII. seq. Paulo post *accipit* Bb. 12) *Ea que semper est astucia* (sic) A, *semper eius* Mb, *eius semper* e corr. Ma. Deinde *circumveniendis hominibus* unus vet. liber Colbert. c. duobus Angl. Mox *tenebrosa* unus cod. reg. et unus Angl.

des [13]) animas incauta credulitate decepit: sic [14]) dominum ipsum temptare conatus, quasi obreperet rursus et falleret, latenter accessit; intellectus tamen est et retusus [15]) et ideo prostratus, quia agnitus atque detectus. Unde nobis [16]) exemplum datum est veteris hominis viam fugere, vestigiis Christi vincentis [17]) insistere, ne denuo incauti in mortis laqueum revolvamur, sed ad periculum providi accepta inmortalitate potiamur. Inmortalitate [18]) autem potiri quomodo possumus, nisi ea, quibus mors expugnatur et vincitur, Christi mandata servemus ipso monente et dicente [19]): *Si vis ad vitam venire, serva mandata.* Et iterum [20]): *Si feceritis* [21]) *quod mando vobis, iam non dico* [22]) *vos servos, sed amicos.* Hos denique fortes dicit et stabiles [23]), hos super petram robusta mole fundatos, hos contra omnes tempestates et turbines saeculi inmobili

---

13) *audaces* Mc. Tum *incaute* Bb. Dein *cruditate* pr., post vero *crudelitate* Mb. 14) *Sic* intercidit in ed. Baluz. Mox *conatur* habet Ma et *obriperet* Mb. 15) *retrusus* Bab et quattuor Italici c. edd. ante Manut., si excipias Daventriensem, omnibus, itemque Morelliana; *reclusus* Mc. Proxime *et* pro *atque* A. Deinceps *detectus est* Ba et A. 16) *uobis* facili permutatione Bb. 17) *viventis* perperam Baluz. 18) *Immortalitatem* Ver. Mox *possumus* e corr. r. m. W. Dein *impugnatur* A. Idem *sermonis* pro *servemus*. Tum *ac* pro *et* Ma. 19) Matth. 19, 17. 20) Joann. 15, 14. 21) *Si feceritis, inquit* Mb. Statim *quod* (pro *quae*) *mando* Ver. W. Mabc. Bab. Neap. Vat. 4. A. c. edd., quae Manutianam antecesserunt, item Morelliana, nec aliter in Epist. LXIII. p. 108. exhibent editi libri et tres, quos inspexi, codd. mss. Solus Md, ut h. l., scribit *quae*. Recepi igitur sine haesitatione *quod*, licet in Graecis legatur ἃ ἐγὼ ἐντέλλομαι. 22) Ita codd. omnes excepto A, in quo est *dicam*, quod in Epist. cit. habet Mc. *Dicam* scripsit Pamelius idque in *sed* quinque libris vett. reperit Baluzius. Deinde h. l. *et amicos* (*sed* a r. m. superscripto) offert A. 23) *fortes et stabiles dicit* Mb. Paulo post *contra molestias omnes* edd. vett. c. Remb. Dein *et turbidines* Ba. Deest *inmobili* in Mc.

et inconcussa firmitate solidatos. *Qui audit*, inquit [24]), *verba mea et facit ea, similabo eum viro sapienti* [25]), *qui aedificavit domum suam supra petram. Descendit pluvia, venerunt* [26]) *flumina, flaverunt venti, et inpegerunt in domum illam, et non cecidit; fundata enim fuit* [27]) *super petram.* Verbis igitur [28]) eius insistere, quaecumque et docuit et fecit discere et facere debemus. Ceterum credere se in Christum [29]) quomodo dicit qui non facit quod Christus facere praecepit? Aut [30]) unde perveniet ad praemium fidei qui fidem non vult servare mandati? Nutet [31]) necesse est et vagetur, et spiritu erroris abreptus, velut pulvis, quem ventus excutit, ventiletur; nec ambulando proficiet ad salutem qui salutaris viae non tenet veritatem.

II.

Cavenda sunt autem [1]) non solum quae sunt aperta

24) *inquit* a r. m. in marg. habet Mc. Vid. Matth. 7, 24. 25) *viro prudenti, alias sapienti* A. Mox *aedificat* W. Deinde *domum suam super petram* Mb, *super petram* etiam Mc. Manut. et Oxon., *supetram* (sic) Ma. 26) *advenerunt* Ver. W. Mabcd. Bab. A c. edd. ante Manut. et post hanc Morelliana. Sed praestat simplex verbum. Vid. Gronov. Observatt. in Scriptt. eccles. monobibl. c. 3. p. 570. Tum *venerunt* pro *flaverunt* W. Bab. Ver. 3. et Bab. Praepositionem ante *domum* om. A. 27) *erat* Bb et A. Tum *supra p.* W et pr. Ba. 28) *ergo* A. Ante *docuit* om. *et* Mb c. Ba. Sed conf. Epist. LII. p. 72, 4. *Et fecit et docuit* moxque *fieri* pro *facere* habet Ver. 29) *se in Christum credere* Bb, — *in Christo* Mb. 30) *At* A. 31) *Utet* pr. Mb, *aliter* pro *nutet*, in Ba omisso, habet A. Dein *evagetur* pro *et vagetur* Ba. Mox *areptus* (sic) Mb, *arreptus* Bb et edd., quae Morellianam antecesserunt, item Pamel. Rigalt. et Oxon. In seqq. *proficiat* Bb et Md. Proxime *vite* pro *viae* Ba.

II. 1) Vocc. *fratres dilectissimi*, quae ex Cambron. cod. adiecit

atque manifesta, sed et astutae fraudis subtilitate fallentia. Quid vero astutius, quidve subtilius, quam ut Christi adventu detectus [2]) ac prostratus inimicus, postquam lux gentibus venit et sospitandis [3]) hominibus salutare lumen effulsit, ut surdi auditum gratiae spiritalis [4]) admitterent, aperirent ad dominum [5]) oculos suos caeci, infirmi aeterna sanitate revalescerent [6]), claudi ad ecclesiam currerent, muti claris vocibus et precibus orarent, videns ille idola derelicta et per nimium credentium populum sedes suas ac templa deserta, excogitaverit [7]) novam fraudem, ut sub ipso Christiani nominis titulo fallat incautos? Haereses invenit et schismata, quibus subverteret fidem, veritatem corrumperet [8]), scinderet unitatem. Quos [9]) detinere non potest in viae veteris caecitate, circumscribit et decipit novi itineris errore. Rapit de ipsa ecclesia homines et, dum sibi adpropinquasse iam lumini [10]) atque evasisse saeculi noctem videntur, alias nescientibus tenebras rursus infundit [11]), ut cum evangelio Christi et cum observatione

---

Pamelius, nostri libri omnes om. Quare expunximus. Dein *a*^{us}*t* (*us* ab al. m., ut videtur, superscripto) pro *atque* habet Bb; *aperte manifesta* dant Vat. 3. et vett. edd. c. Remb. atque Erasm. Mox *et* a r. m. insertum in cod. Mb, superscriptum in Mc. 2) *detentus* idem Mc. Tum *atque* A. 3) *hospitandis* Ba et A. Deinde *infulsit* Mb et Bb. 4) *spiritalis gratiae* Md c. edd. Manutiana antiquioribus et Morell., *gr. spiritualis* Mc. 5) Ita W et Mabc, *ad deum* Ba. Md. A c. edd. In Bb haec desunt. 6) *revalescent* (sic) A. Dein *clodi* Mb et Ba. Post *videns* in edd. Daventr. Venet. 2. Remb. et Erasm. deest *ille*. 7) Sic a m. pr. Mb, a sec. *excogitavit*, quod legitur etiam in Ba. Dein *et ut* Bb. Mox *incautat* (sic) A. 8) *subverteret et fidei veritatem corrumperet* A. Statim *et scinderet* Bb. In W partic. *et* erasa est. 9) *Quod* A. Proxime *via* Mc et A. Tum *veritatis* pro *veteris* Bb. Dein *caecitatem* et in seqq. *errorem* Ba., 10) *adpropinquanti — lumine* Mb; *lumina* Mc. Proxime *sibi* pro *saeculi* A, dein *videtur* Bb. 11) *infudit*

eius et lege non stantes Christianos se|vocent et ambulantes in tenebris habere se lumen existiment blandiente adversario atque fallente, qui secundum apostoli vocem transfigurat se [12]) velut angelum lucis et ministros subornat suos velut ministros iustitiae, adserentes noctem pro die, interitum pro salute, desperationem sub obtentu [13]) spei, perfidiam sub praetextu fidei, antichristum sub vocabulo Christi [14]), ut, dum verisimilia [15]) mentiuntur, veritatem subtilitate frustrentur.

III.

Hoc eo fit [1]), fratres dilectissimi, dum ad veritatis originem non reditur, nec caput quaeritur, nec magistri caelestis doctrina servatur. Quae [2]) si quis consideret et examinet, tractatu longo atque argumentis opus non est. Probatio est ad fidem facilis [3]) compendio veritatis. Loquitur dominus ad Petrum [4]): *Ego tibi dico* [5]), inquit, *quia tu es Petrus, et super istam petram* [6]) *aedificabo*

Mb. Mox *ut* (pro *et*) *cum observatione* Ma. Tum *sevocent* Bb et *lucem* pro *lumen* A. 12) *se* om. A. Deinde *angelus* Mb. Pro *ministros suos subornat* (sic Bb. Mc. A et Baluz. c. Goldh.) e codd. W. Mad et Ba, quibuscum faciunt edd. Baluzianam antecedentes, dedi *ministros subornat suos*. Mb scribit *ministros suos ornat*. 13) *pro obtentu* A, *sub obtemptu* pr., dein *sub obtenptu* (sic) Mc. 14) *impietatem pro pietate sub tracto nec tanto Christi vocabulo* pro *perfidiam sub praetextu fidei, antichristum sub vocabulo Christi* habet Mc, in marg. tamen genuinam lectionem a r. m. — *sub praetexto* Mab et Ba, nec aliter pr. W. 15) *veri similia* Bb et Mc. Dein *meciuntur veritate* A.

III. 1) *ideo* pro *eo fit* Ba, *sic* pro *fit* A. Mox *ad unitatis originem* coni. Baluzius, *ad verit. ordinem* habet Mc, deinceps *non revertitur* Bb. Tum *magisterii* Ver. et Mb. 2) *Quam* A. 3) *Facilis* $\overline{e}$ *probatio ad fidem* ($\overline{e}$ abr. m. superscr.) Mc. Praeposit. *ad* om. Ba et A. Dein mutile *fi* pro *fidem* Ba. Tum *facilius* Bb. 4) Matth. 16, 18. 5) *Ego tibi, inquit, petre, dico* A, *ego dico tibi* Mb et Ba. 6) *super*

ecclesiam meam, et portae inferorum non vincent eam. Tibi [7]) *dabo cla|ves regni caelorum; et quae ligaveris* 195 *super terram, erunt ligata et in caelis; et quaecumque solveris super terram, erunt soluta et* [8]) *in caelis* [9]). Super unum [10]) aedificat ecclesiam, et quamvis apostolis

---

istam petram W. Mabc et Bb, item edd. vett. Remb. Erasm. Grav. Manut. Morell. Pamel. Rigalt. Oxon. (conf. Nostri Epist. XXVII. p. 37), *super hanc petram* Ba et Md cum edd. Baluz. atque Goldh., *supra petram istam* A. Mox *infernorum* pr. Mc. Tum *vincet* A. 7) Ita W. Mabcd et Bab, nec non edd. ante Pamel. omnes, *et tibi* Vat. 1. A. et quattuor libri a Pamelio inspecti. In Nostri Epist. c., ubi vulg. legitur *et tibi*, Ver. item om. part. *et*. Verba *et quae ligaveris — — — erunt lig. et in cael.* desunt in Bb; seqq. in A. 8) *et* intercidit in Bb. 9) Quae vulg. his adduntur verba: *Et iterum eidem post resurrectionem suam dicit: Pasce oves meas* (Joann. 21, 16—17), absunt a W. Ma et Bb. Exstant quidem in codd. rell., sed non sine variatione; etenim Mc ista in marg. habet a r. m.; Mbd et Ba, uti edd. Pameliana antiquiores, *iterum* non agnoscunt et pro *eidem* Mbd scribunt *idem*. Suspectus videbatur totus hic locus iam Gravio, qui eum ad marg. reiecit, idque recte, quum nec cum praecedentibus, nec cum sequentibus apte cohaereat, unde Rigaltius (Observatt. p. 162 et seq.) ut mere insiticia haec expunxit. Post *pasce oves meas* A inepte scribit *mandat et quamvis apostolis parem tribuat potestatem et dicat.* 10) Ita Ver. W. Mac. Bab et Vat. 4. Vulg. *super illum unum*. Pronomine eraso supra rasur. scriptum in Mb *unum*. Verba *super unum aedificat ecclesiam* desunt in edd. vett. (excepta Daventr.) et Erasm., item in Morell.; quae subsequuntur in edd. Manut. Pamel. Rigalt. et Baluz.: *suam, et illi pascendas mandat oves suas*, iure om. Ver. W. Ma. Bab. Vat. 4. et edd. vett. c. Erasm.; item *et illi pasc. mand. ov. s.* Mc. Nec invenitur *suam* in Mbd et in edd. Daventr. atque Grav., nec *suas* in Md. Alio ordine Mb c. ed. Grav. exhibet *et illi pasc. ov. mand.*, ed. Daventr. *et illi pasc. ov. committit.* Dein mire quam Mb ita scribit: *et quamvis apostolis omnibus parem tribuat potestatem, unam tamen cathedram constituit, et unitatis originem atque* (haec coniunctionis particula deleta est lineola subducta) *orationis suae auctoritate disposuit. Hoc erant utique et ceteri, quod Petrus; sed primatus Petro datur, ut et* (*ut* a r. m. superscr.)

omnibus post resurrectionm suam [11]) parem potestatem tribuat et dicat [12]): *Sicut misit me pater, et ego mitto vos* [13]), *accipite spiritum sanctum: si* [14]) *cuius remiseritis peccata, remittentur illi; si cuius tenueritis, tenebuntur*, tamen ut unitatem manifestaret, unitatis [15]) eiusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant utique et ceteri apostoli, quod fuit Petrus [16]), pari consortio praediti et honoris et potestatis, sed exordium ab unitate [17]) proficiscitur [18]), ut ecclesia Christi una

---

una ecclesia et cathedra una monstretur. Et pastores sunt omnes; sed grex unus ostenditur, qui ab apostolis omnibus unanimi consensione pascatur. Hanc et Pauli unitatem qui non tenet, tenere se fidem credit; qui cathedram Petri, super quam fundata ecclesia est, deserit, in ecclesia se esse confidit? Super unum aedificavit ecclesiam, et quamvis apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat et dicat. 11) *suam* om. Ba. 12) Joann. 20, 21—23. 13) *vos* deest in A. 14) *et* pro *si* habet A. Pro *cuius*, quod hic et in seqq. confirmant codd. W. Mabc. Bab et Ver. 3., quibus accedunt aliquot Anglici (conf. Epist. LXXV. p. 148. et LXXVI. p. 155.), codd. Md et A una cum edd. Baluzianam antecedentibus utroque loco exhibent *cui*. Mox *remittuntur* Mad et A. Tum *ei* Md et A, *illis* Mb et Bb. Quod sequitur *si* abest a Bb. 15) *unam cathedram constituit et*, quae ante voc. *unitatis* in ed. Manut. invitis Mss. Ver. Neap. et Vat. omnibus intruserunt censores Romani et Pamelius e suo Cambr. recepit, ex nostris libris solus habet A, in quo deinceps scribitur *unitatis originem atque rationem* (ita et unus Ital. liber) *sua auctoritate disposuit.* Mendose *incipiente* Mac et Ba. Tum *disposuerit* edd. SP. Venet. 1. et Kunn. 16) *fuit et Petrus* Ba. Mc. A, itemque Manut.; *et Petrus* (*fuit* in marg. notatur ut ante *Petrus* inserendum) Bb. 17) *ab uno* Bb. 18) Adpendiculam illam: *et primatus Petro datur, ut una Christi ecclesia et cathedra una monstretur. Et pastores sunt omnes, sed grex unus ostenditur, qui ab apostolis omnibus unanimi consensione pascatur*, quam ed. Manut. habet, e qua in aliquot recentiores influxit, om. codd. Ver. Neap. Vat. omnes, decem ab editoribus Oxon. excussi, septem et viginti Baluziani, W. Macd et Bab,

monstretur. Quam unam ecclesiam etiam in cantico can-

item h. l. Mb. Vir doctus, cui lectiones variantes e codd. Ital. collectas debemus, adnotavit in mg. Gotting. exemplaris editionis Manut.: „Haec verba sunt addita ex uno codice manuscr. Virisii (?) Bononiensis, qui est in bibliotheca Vaticana, a P. Gabriele paenitentiario, consentiente Magistro sacri palatii.“ — „Nec Manutius“, ait Latinus Latinius (vid. Latini Latinii Bibliotheca sacra et profana T. I. p. 179. col. 1.), „nec Marianus Victorius hoc possunt asserere codicem vetustissimum Veronensem (de eo enim necesse est tantum id scribatur) hoc assumentum habuisse, nec septem praeterea Vat. codd. integros, praeter fragmentum quoddam operum Cypriani recentissime scriptum Bononiae, qui fuit Vianesii de Albergatis libellus forma parva, continens tractatus tantum paucos Cypriani. Vidi quoque alterum exemplar Bononiae integrum, unde id fragmentum descriptum erat recenti scriptura exaratum, in quo eadem insertio marginalium summularum erat.“ Nec praetereunda silentio sunt quae idem vir doctissimus contra Pamelium, qui verba illa: *et primatus Petro datur* etc. statim in contextum recepit, ibid. p. 178. col. 2 sq. egregie disserit. „Quaecumque“, inquit, „hic sunt addita (praeter eam lectionem, quam plures et vetustiores codd. retinent et a Gratiano in c. *loquitur dominus*. 24. q. 1. relatam legimus) omnia sunt ex marginalibus summulis in contextum non semel, sed diversis temporibus ex librariorum negligentia tandem relata. Apparet autem ex eo veritas, quod quae sunt vetustissima exemplaria, ea paucissimas vel nullas eiusmodi summulas insertas habent, quod facile videtur ex Veronensi cod., quem ego non modo ante nongentos annos, sed ante mille scriptum esse contenderim. In eo nihil tale apparet et in septem aliis Vaticanis desunt omnia. Summulas autem marginales fuisse et ex Cypriani verbis collectas tam est cuivis facile intelligere, ut tardissimum ac pene stipitem putem, qui statim non sentiat vel ex ea tantum summula, quam Hosium Cardinalem amplissimum ex manuscripto codice interseruisse confirmet, videlicet: *Hic Petro primatus datur.* Quod enim ex Cypriani verbis diligens et studiosus lector collegerat, ad locum statim faciliusque inveniendum id in margine paucis verbis adnotarat, ut fortasse etiam indicem eorum tamquam capitum et locorum communium texeret. Quare, ut codicum fidem sequeremur vetustiorum et plurium, indicari oportuerat tantum ea, quae in recentioribus reperta erant, sed non statim in Cypriani contextum referri.“ Ceterum de hoc loco sub-

ticorum spiritus sanctus ex persona domini designat [19]) et dicit [20]): *Una est columba mea, perfecta mea, una est matri* [21]) *suae, electa genetrici suae.*

IV.

Hanc ecclesiae unitatem [1]) qui non tenet, tenere se fidem credit; qui ecclesiae renititur et resistit [2]), in ecclesia se esse confidit, quando et beatus apostolus Paulus hoc idem doceat et sacramentum unitatis [3]) ostendat dicens [4]): *Unum corpus et unus spiritus, una spes vocationis vestrae, unus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus.* Quam unitatem tenere firmiter [5]) et vindicare

---

positicio sagaciter et accurate exposuit vir doctissimus (ni fallor, Möhlerus ὁ μακαρίτης) in libro, qui inscribitur „*theologische Quartalschrift*“ ann. 1823. p. 510 seqq. Qui unus haec verba habet liber Augustanus et omnino pessimae est notae, scribit *unanimi confessione*, reliqua omittens. *Christi* deest in Ver. Neap. et in exemplaribus ante Manutianam editis. Pro *una* in Bb est *unō*. Dein *monstraretur* dat Ba. 19) *Quam unam ex persona domini designat* exhibet Bb. Quod sequitur *et* al. m. superscripsit in Mc. 20) Cant. 6, 9. 21) *matris* Bb. Dein *electa est* Mb, *electa est et* Ba, *electe* (sic) Md. Pro vulg. *genitrici* receptum *genetrici* ex W et Mab, quibuscum conspirat ed. Daventr.; *genitricis* scribit Ba, *genitris* mutile Bb.

IV. 1) *Petri unitatem* dant unus liber Ital., A et Ivo Decret. de sublimitat. episcop. P. V. c. 361. 2) Desunt haec verba in A. Quae deinceps e cod. Cambr. Pamelius inseruit: *qui cathedram Petri, super quam* (ita exhibent etiam A et quattuor vetusti Anglic. c. ed. Rigalt., *quem* Baluz. et Goldh.) *fundata est ecclesia, deserit*, om. codd. W. Monacc. et Bab, Goldh. seclusit, ego expunxi. Dein *confidit. Episcopatus unus est* intermediis omissis A. Proxime *beatus Paulus apostolus* edd. Manutianam antecedentes. Tum *idem* om. ed. Daventr. 3) *unitate* Mc. 4) Ephes. 4, 4—6. Statim *unus dominus* etc. Bb. Mox *et unus deus* Ba. 5) *venerari* (in mg. *tenere*) *firmiter* Mc, *tenere firmiter* W. Mabd et Bb. Vulg. *firmiter*

debemus, maxime episcopi, qui in ecclesia praesidemus [6]), ut episcopatum quoque ipsum unum atque indivisum probemus. Nemo fraternitatem mendacio fallat, nemo fidei veritatem perfida praevaricatione [7]) corrumpat. Episcopatus unus est [8]), cuius a singulis in solidum pars tenetur. Ecclesia [9]) una est, quae in multitudinem latius incremento fecunditatis extenditur: quomodo solis multi radii, sed lumen unum: et rami arboris multi, sed robur unum [10]) tenaci radice fundatum: et cum [11]) de fonte uno rivi plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis [12]) copiae largitate, unitas tamen servatur in origine. Avelle [13]) radium solis a corpore, divisionem lucis unitas non capit; ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit; a fonte [14]) praecide rivum, praecisus arescit.

---

tenere. Ba *firm. vindicare* (*vendicare* Mc et a s. m. Mab) pro *tenere firmiter et vindicare.* 6) *qui ecclesiae praesidemus* Mc. Dein *et* pro *ut* ed. Daventr. Eadem infra *praebemus.* 7) *perfidiae* Ver., *per fidei praevaricationem* Mb. 8) *est* r. m. superscripsit in Mc. Dein a *singulis* correctum e *sanguinis* in Mb. Inverso ordine idem habet *pars in solidum.* 9) Mb addit *quoque*, quod e Cambr. recepit Pamelius, quem sequi non debebant Rigalt. Oxon. Baluz. Goldh. Tum *in multitudine* Bb. 10) *robor* W, *robur unum;* alias *arbor una* unus Ital. *Arbor una* etiam A et tres Angl. c. ed. Manut. Pamelius: „*Non placet Manutii lectio.*“ Redarguit Latinius in libro cit. T. I. p. 179. col. 1.: „Et hoc ex iis est, quae neque ego, neque Manutius mutavit; sed cui, quidquid libuit pervertere, addere, demere, corrumpere me invito, permissum fuit.“ Perperam *tenet* Ba. Dein *fundatum;* alias *fundata* unus Ital. *Fundata* item illi tres Angl. et Manutiana. In A haec desunt. 11) *quoniam* A. Praepositionem *de* om. Bb. *Fonte* in A corruptum in *forte.* 12) *et undantis* idem. 13) In Mb *avelle* s. m. mutavit in *evelle.* Mox idem liber *unitas tamen.* Negationem superscripsit r. m. in Mc. 14) *a fronte* Ma et Baluz. Tum *arescit* codd. nostri omnes et quinque Anglici, item qui h. l. laudat S. Augustinus contra Crescon. Donatist. L. II. c. 33. §. 42. Tom. IX. p. 431. D. Ac-

Sic et ecclesia [15]) domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit; unum tamen lumen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. Ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter [16]) rivos latius pandit; unum tamen caput est, et [17]) origo una, et una mater, fecunditatis successibus copiosa.

V.

Illius fetu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu [1]) eius animamur. Adulterari non potest sponsa [2]) Christi: incorrupta est [3]) et pudica. Unam domum novit, unius cubiculi [4]) sanctitatem casto pudore custodit. Haec nos deo servat, haec filios regno, quos generavit, adsignat. Quisquis [5]) ab ecclesia segregatus [6]) adulterae iungitur, a promissis ecclesiae separatur [7]), nec perveniet ad Christi praemia qui relinquit ecclesiam Christi. Alienus est, profanus [8]) est, hostis est. Habere [9]) non potest deum pa-

cedunt Baluzius et Goldhornius; *arescet* edd. superiores. 15) *ecclesiam* Ba. 16) *largitur* pr. Mc. Dein *rivos suos* Mb. Vocc. *rivos latius* om. A. Pro *expandit*, quod frigei, praeeuntibus W. Mac. Thu. et Manut. scripsimus *pandit*. Mb pr. *pendit* (sic), deinde ab r. m. *expandit*. Vid. ad Cap. I. not. 26. 17) *et* om. A. Mox *copia* (sic) idem, *copiosam* Ba, *gloriosa* Ver.

V. 1) *spiritu quoque* Mb. 2) *sponsam* A, *ecclesia*, quod glossam sapit, Mb. 3) *est* om. A. 4) *cubili* W. 5) *Quisque* W. Mabcd. Bab c. edd. Erasmianam antecedentibus, item Morelliana frequenti confusione. 6) *segregatur* A. 7) *segregatur* Mb et A. Dein *pervenit* A, *veniet* Mb, *pertinet* quattuor Ital. itemque edd. vett. c. Remb. et Erasm. Mox *reliquit* (*n* ab al. m. superscr.) Mb, *dereliquit* Bb. 8) *et profanus* Bb, *prophanus* W et Macd c. vett. edd., item Erasm. Grav. atque Baluz. Similiter Noster Epist. LII. ad Antonianum p. 68 infra: *Quisquis ille fuerit, multum de se licet iactans et sibi plurimum vindicans, profanus est, alienus est, foris* (*hostis* Nesp.) est. 9) *iam*, quod additur vulgo, recte om.

trem qui ecclesiam non habet matrem. Si potuit evadere quisquis [10]) extra arcam Noë fuit, et qui extra ecclesiam foris fuerit, evadit [11]). Monet dominus et dicit [12]): *Qui non est mecum adversus* [13]) *me est, et qui non mecum colligit spargit.* Qui pacem Christi et concordiam rumpit adversus Christum facit. Qui alibi praeter ecclesiam colligit [14]) Christi ecclesiam spargit. Dicit dominus [15]): *Ego et pater unum sumus.* Et iterum de patre et filio et spiritu | sancto [16]) scriptum est [17]): *Et tres unum sunt* [18]). 196 Et quisquam [19]) credit hanc unitatem de divina firmitate venientem, sacramentis caelestibus cohaerentem, scindi [20]) in ecclesia posse et voluntatum conlidentium divortio separari? Hanc unitatem qui [21]) non tenet dei legem non

---

W et Mac. 10) *quisque* W. Bb. Mc. A et pr. Md (conf. quae paulo ante notavimus), *quisquis* e corr. Md et Manut., *quis qui* Ma, *quisquam* Ba, *quisquam qui* ex Ms. Pamelius, quem secuti sunt editores posteriores, *qui* edd. vett. c. Remb. Erasm. Grav. et Morell. Dein *archam* Mcd. A et ed. Daventr., *arca* Ba. Tum *nohe* Mc. Post vero *tunc fuit* Ver. 11) *evadit* in Mb mutatum in *evadet*, quod exstat in ed. Daventr. 12) *dominus dicens* Ba. Vid. Matth. 12, 30. 13) *adversum* W. Mabd. Bb, *contra* Ba. A. Mox *non colligit mecum* Bb. A, *mecum non colligit* Ba. 14) *collegit* Bb. 15) Joann. 10, 30. 16) *sancto* r. m. superscripsit in Mb. 17) 1. Joann. 5, 7. 18) Ita W. Macd. Bb et edd. Manutianam antecedentes, *et tres, inquit, unum sunt* Mb, *et hi* (*hij* A) *tres* primus dederat Latinius in Manut. eumque secuti sunt edd. recentiores. 19) *quisquis* Ma. Dein *unitatem de* om. A. 20) *et scindi* Mb. Tum *in ecclesiam* Md et vett. edd. Mox *voluntatem* W. Ma. Bb. Dein *coniuen*
conlidentium W, *conlidentium* (*coniuen* a r. m. superscr.) Ma, *condulentium* Bb, *confidentium* Ba. Rell. c. edd. *collidentium.* Statim *defortio* Bb. 21) *qui* om. Ma. Verba: *dei legem non tenet* desunt in Bb, *non tenet dei legem* exhibent Mb et Ba, *non tenet legem dei* scribit A. Dein *nec tenet* idem, *non tenet* h. l. om. W et Ma. Haec verba Mc ponit post *fidem*, quod per rasuram habet. Tum *unitatem* pro *vitam* scribunt W. Mab. Ba, *et veritatem — ad salu-*

tenet, non tenet patris et filii fidem, vitam non tenet et salutem.

VI.

Hoc [1]) unitatis sacramentum, hoc vinculum concordiae inseparabiliter cohaerentis ostenditur, quando in evangelio tunica domini [2]) Iesu Christi non dividitur omnino, nec scinditur, sed sortientibus de veste Christi, quis [3]) Christum potius indueret, integra vestis accipitur et [4]) incorrupta atque indivisa tunica possidetur. Loquitur ac dicit scriptura divina [5]): *De tunica autem, quia de superiore parte* [6]) *non consutilis, sed per totum textilis fuerat, dixerunt ad invicem: Non scindamus illam* [7]), *sed sortiamur de ea, cuius sit.* Unitatem illa [8]) portabat de superiore parte

---

tem sex Anglici, quos secutus est Fellus, *vitam et non tenet salutem* primo exhibebat Mc; *nec salutem* offert ed. Daventr.

VI. 1) *Hec* et mox *coherentes* A. Dein *ostendit* (*ur* eraso) Mb. 2) *domini nostri* Mbd. Ba. A. 3) *qui* (*s* ab al. m. superscr.) Mb, *qui* Mc. Dein pro *Christum* A *ipsam*. Item edd. Manut. Pamel. Rigalt. Oxon. Inverso ordine *potius* $\bar{X}\bar{p}m$ ed. Daventr. 4) *et* om. Md, ut vett. edd. Tum *corrupta*, scribit Bb. Proxime *indivisa*, quod pro *individua* (sic quoque W et Mad) primus e codd. restituit Baluzius, confirmant Ver. 2. Mbc. Bab. A. 5) *divina scriptura* A. Vid. Joann. 19, 23—24. 6) *de superiori* (sine *parte*) A. Dein *consubtilis* Bb, *consutilis erat* Mb. 7) *eam* edd. ante Manutianam omnes. Tum *sortiemur* cod. Ma. Pro *de ea* Bb et Mc *de illa*. 8) *ille* W, *illæ* Mabc. Bab. A, item edd. Pamelianam antecedentes. Mox *superiori* Mb. In seqq. *et possidente* W. Ma. A c. ed. Daventr. Paulo post *totam semel* W. Mbc. Bab. A. Statim *ac solidam* A. Tum *optinebat* W. Mb. Ba. De qua scribendi ratione vid. Conr. Leop. Schneider. in libro, cui titulus est: Ausführliche verbesserte Grammatik der lat. Sprache. Sect. I. T. I. p. 217 sq. et Wagner Orthograph. Vergil. in Virgil. Opp. ed. Heyn. Vol. V. p. 413 sq.

venientem, id est, de caelo et a patre venientem, quae ab accipiente ac possidente scindi omnino non poterat, sed totam simul et solidam firmitatem inseparabiliter obtinebat. Possidere non potest indumentum Christi qui scindit et dividit [9]) ecclesiam Christi. Contra denique cum Salomone [10]) moriente regnum eius et populus scinderetur, Achias [11]) propheta Hieroboam regi obvius factus in campo in duodecim scissuras vestimentum suum discidit [12]) dicens [13]): *Sume tibi decem scissuras, quia haec dicit dominus: Ecce scinde regnum de manu Salomonis* [14]), *et dabo tibi decem sceptra, et duo sceptra erunt ei* [15]) *propter servum meum David et propter Hierusalem civitatem, quam elegi, ut ponam nomen meum illic.* Cum duodecim tribus [16]) Israël scinderentur, vestimentum suum propheta Achias discidit. At vero quia Christi populus non potest scindi, tunica eius per totum textilis et cohaerens divisa a possidentibus non est. Individua, copulata, conexa [17]) ostendit populi nostri, qui Christum in-

9) *dividat* A. Dein *Christi* om. Ba. 10) *Solomone* Bb. 11) *Achias* pr., deinde per ras. *Ahia* Mb. Tum *Hieroboam* W. Mac. Ba, *Ieroboam* codd. rell. et vulg. libri, *Geroboam* Bb. 12) *discindit* (sic) Mc, *decidit* A, *scindit* pr., deinde *scidit* Mb, *scidit* etiam Ba. 13) 3. Reg. 11, 31. 32. 36. 14) *Salomonis de manu Salomonis* A. 15) *et dabo tibi X* (dein in ras. *tribus*). *Porro una tribus remanebit ei* Mb. Statim *propter David servum meum* A. Tum *ierusalem* Ba. A, *iherusalem* Md. et ed. Daventr., *hirsalem* Mc. Dein *civitatem meam* A. Mox *et* pro *ut* idem. 16) *tribus* a r. m. superscriptum in Ma. Dein *israhel* ed. Daventr. Proxime *scinderetur* A. Tum *propheta* om. idem, *profeta* scribit W. *Achias* pr., per ras. *Ahia* Mb. Idem pr. *scindit*, post vero *n* erasum; *scidit* etiam Ba c. edd. Manutianam antecedentibus, *sciebat*. *Ac* A. 17) *Individuam*, *copulatam*, *connexam* Ver. Pro *connexa* scripsimus *conexa* suadentibus W. Mab. Ba. A. Vid. Wagner. Orthogr. Vergil. p. 455. litt. N. 3. Mox *Christum induimur* A. Vid. ad Cap. I. n. 6.

duimus, concordiam cohaerentem. Sacramento [18]) vestis et signo declarauit ecclesiae unitatem.

VII.

Quis ergo sic [1]) sceleratus et perfidus, quis sic discordiae furore vaesanus, ut aut credat scindi posse aut audeat scindere unitatem dei, vestem domini, ecclesiam Christi [2])? Monet ipse in evangelio suo et docet [3]) dicens: *Et erunt* [4]) *unus grex et unus pastor.* Et esse posse uno in loco aliquis existimat aut multos pastores [5]) aut greges plures? Apostolus item [6]) Paulus hanc eandem nobis insinuans unitatem obsecrat et hortatur dicens [7]): *Obsecro,* inquit, *vos, fratres, per* [8]) *nomen domini nostri Iesu Christi, ut id* [9]) *ipsum dicatis omnes et non sint in vobis schismata* [10]). *Sitis autem compositi in eodem*

18) *Et sacramento* A. Mox *et signo* primus (litteris minutioribus) addidit Gravius, *et signa* male scribit A.

VII. 1) *sibi est* edd. vett. c. Remb.; rell. *sic est.* Sed codd. nostri omnes et quattuor Vaticani om. *est*, quod, cum subintelligi facile possit, ut haec verba suavius in aures cadant, expungendum censui. Mox praeeunte Ma scripsi *vaesanus* pro *vesanus*. Vid. Wagner Orthograph. Vergil. s. v. Dein prius *aut* om. edd. Daventr. Venet. 2. Remb. Erasm. 2) *Xpi aecclesiam* Mc. 3) *dicet* pro *docet* A. Vid. Ioann. 10, 16. 4) Sic omnes fere libri vett. teste Baluzio; sic etiam W. Macd et A c. ed. Manut. Ex Italicis codd. soli duo exhibent quod vulgo legitur *erit*. 5) Haec verba, utpote in contextu omissa, in Mc ad marg. sunt adscripta. Ceterum Mb et A dant *in uno loco*, Mc habet *uno loco*. Dein *aliquis* abest ab A. Pro *plures greges* suadentibus libris nostris omnibus et praeeunte Morellio scripsimus *greges plures*. In Mc *plures* a. r. m. additum inter vers. 6) *idem* per ras. Mb. Tum vitiose *eadem* Ba. 7) *obsecrat et hortatur et dicit* W. Ma. Ba, *obsecr., hort. et dicit* Mb, *hort. et docet dicens* A. 1. Cor. 1, 10. 8) *propter* W. Tum *ihesu* ed. Daventr. 9. *id* a r. m. superscriptum in Mc. 10) *dissensiones* tres libri vett. ap. Baluz. et Bb, eandemque lectionem

sensu [11]) *et in eadem sententia.* Et iterum dicit [12]): *Sustinentes* [13]) *invicem in dilectione, satis agentes servare unitatem spiritus in coniunctione pacis.* Stare [14]) tu et vivere putas posse de ecclesia recedentem, sedes sibi alias et diversa domicilia condentem, cum dictum sit ad Rhaab, in qua praeformabatur ecclesia [15]): *Patrem tuum et matrem tuam et fratres tuos* [16]) *et totam domum patris tui colliges ad te ipsam in domum tuam, et erit* [17]) *omnis qui exierit ostium domus tuae foras, reus sibi erit;* item sacramentum [18]) paschae nihil aliud in exodi lege contineat, quam ut agnus, qui in figura Christi occiditur, in domo una edatur. Loquitur deus dicens: *In domo una comedetur* [19]), *non eicietis de domo carnem foras.*

---

variantem in vet. cod. invenit Morellius. 11) *in sensu eodem et in eadem scientia* A, *scientia* etiam Mcd et Afflig. ap. Pamel. 12) Ephes. 4, 3. 13. *Sustinentis* pr. Mc, *sustinentibus* habet Ba. *agentes* Mox *sat agentes* (*is* eraso) Mb, *agnoscentes* (*agentes* a r. m. superscr.) Mc. Dein *in vinculo pacis* Ma et cod. Claromontanus epistolarum S. Pauli. 14) *Et stare* A, *stare te* (sic) *tu* Ba. Tum *vincere* pro *vivere* A. In seqq. *quoniam sit dictum sit* (sic) A. Dein *ad Rhaab* edd. SP. et Venet. 1. 2., *ad Raab* codd. W. Mabcd Ba c. edd. Daventr. Remb. ceterisque praeter Baluz. et Goldh., in quibus est *ad Rahab.* Pro *ad Rhaab* Vat. unus, Bb et A exhibent *ei.* 15) Ios. 2, 18—19. 16) Inepte *suos* A. Statim *totam familiam tuam colliges* cod. Beccensis. Dein *et te* pro *ad te* Mb. 17) *erit* deest in ed. Baluz. Proxime *hostium* dant Mabcd. A. et edd. vett. c. Erasm. Pro *foras*, quod om. Ma, in Md, ut in edd. vett. et Remb., legitur *foris.* Mox *sibi* abest ab edd. vett. (excepta Daventr., in qua est *erit sibi*) et Erasm. 18) *sacramentum autem* pro *item sacramentum* A. Dein *non aliud* edd. Manutianam antecedentes. Mendose *in exodi legem* Ba. Vid. Exod. 12, 3. 19) Verba: *Loquitur deus dicens: In domo una comedetur* desiderantur in A. Pro *deus* Mb et Bb habent *dominus.* Tum Ver. 1. scribit *edetur.* Non male; legitur enim Exod. 12, 46. ap. LXX. ἐν οἰκίᾳ μιᾷ βρωθήσεται. Ceterum vid. Adnot. 26. ad Cap. I. Dein *et non*

Caro [20]) Christi et sanctum domini eici foras non potest, nec alia ulla credentibus praeter unam ecclesiam domus est. Hane domum [21]), hoc unanimitatis hospitium designat et denuntiat spiritus sanctus in psalmis dicens [22]): *Deus qui inhabitare facit unanimes in domo.*

VIII.

In domo dei, in ecclesia Christi unanimes habitant [1]), concordes et simplices perseverant. Idcirco [2]) et in columba venit spiritus sanctus, simplex animal et laetum [3]), non felle amarum, non morsibus saevum, non ungium laceratione | violentum, hospitia humana diligere, unius domus 197
consortium nosse, cum generant [4]), simul filios edere, cum commeant, volatibus invicem cohaerere, communi conversatione vitam suam degere, oris osculo concordiam pacis adgnoscere [5]), legem circa omnia unanimitatis in-

---

eicietur caro de domo Mb, *eicietis* codd. nostri omnes. Item in seqq. *eici*. Praeposit. *de* ante *domo* A om. 20) *Carnem* A. 21) *Domum hanc* W. Vitiose *hec unanimitas* A. Proxime *denunciat et designat* Ba, *et nuntiat* Mb. Bb, *denunciatur* A. Dein *sanctus* in Mc a r. m. superscriptum. 22) Psalm. 67, 7.

VIII. 1) *inhabitant* Mb. 2) *Iccirco* edd. vett. (excepta Daventr.) Remb. Manut. Pamel. Rigalt. Oxon. Mox *in columbam* Ver. 3) *laetum est* W. Mab. Bab. et pr. Mc. Ita etiam Gravius et Pamelius puncto ante *simplex* posito. Statim *non est amarum, non est morsibus* A. Dein *scaevum* Mc. Idem infra *scaevitia* et mox *scaeva*. Pro *ungium* edd. vett. c. Remb. *ungularum*. 4) *cognoscere quoniam generant* A, *congenerant* pro *cum generant* edd. pr. et Venet., *gerant* Bb. Tum *sedere* Ma. Ba. Deleto *edere* ab r. m. superscriptum *alere* (ita Vat. 2. et Mc) in Mb. Dein *quoniam commaneant* A, *comeant* Bb. Pro *volatibus* W. Mabc. Ba mendose *volatilibus*, Bb *voluntibus*. 5) *adgnoscere* (pro *agnoscere*) Ma. De hac varietate vid. Wagner Orthogr. Vergil. p. 407. Verba proxima *unanimitatis inplere* om. Ma.

plere. Haec est in ecclesia noscenda simplicitas, haec caritas obtinenda, ut [6]) columbas dilectio fraternitatis imitetur, ut mansuetudo et lenitas agnis et ovibus aequetur. Quid facit in pectore Christiano luporum feritas, et canum rabies, et venenum letale serpentum [7]) et cruenta saevitia bestiarum? Gratulandum [8]) est, cum tales de ecclesia separantur, ne columbas, ne oves Christi saeva sua [9]) et venenata contagione praedentur. Cohaerere [10]) et coniungi non potest amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluvia cum serenitate, pugna cum pace, cum fecunditate sterilitas, cum fontibus siccitas, cum tranquillitate tempestas. Nemo existimet bonos de ecclesia posse discedere [11]). Triticum non rapit ventus, nec arborem [12]) solida radice fundatam procella subvertit. Inanes paleae [13]) tempestate iactantur, invalidae arbores turbinis incursione vertuntur. Hos exsecratur [14]) et percutit Ioannes apostolus dicens: *Ex nobis* [15]) *exierunt, sed non fuerunt ex nobis; si enim fuissent ex nobis, mansissent* [16]) *nobiscum.*

---

6) *et* Bb. Dein *columba* A. 7) *serpentium* Ba. Md. A. 8) *Gritulabundum* (sic) A. Idem *quoniam* pro *cum*, ut passim. 9) *sua* om. Mb et Bb. 10) *Cohaereri* Ba. 11) *discere* pr. Bb. 12) *arbore* Ba. 13) *Inane ae* mutile Bb. Tum *vento et tempestate versantur* Mc. Deinceps *et invalidae* Ver. Bb. A. Pro *evertuntur* receptum *vertuntur* e codd. W. Mabc. Bab. A. Vid. ad Cap. I. n. 26. 14) *execrator et pertulit* A, *et percutit* om. Mb. Statim *Iohannis* Ba, *apostolus Iohannes* Mb. Vid. 1. Ioann. 2, 19. 15) *vobis* et hic et in seqq. A. 16) *mansissent utique* Ba, item Grav. Pamel. Rig. Oxon. Baluz. Goldh., *nobiscum utique mansissent* Mb. Sed *utique*, quod interpolatoris manum sapit (habet enim Graecus textus μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν) recte om. codd. W. Macd. Bb. A, quibuscum faciunt edd. vett. c. Erasm. Manut. atque Morell.

IX.

Hinc haereses [1]) et factae sunt frequenter et fiunt, dum perversa mens non habet pacem, dum perfidia discordans non tenet unitatem. Fieri vero [2]) haec dominus permittit et patitur manente propriae libertatis arbitrio, ut, dum corda [3]) et mentes nostras veritatis discrimen examinat, probatorum fides integra manifesta luce clarescat [4]). Per apostolum praemonet spiritus sanctus et dicit [5]): *Oportet et* [6]) *haereses esse, ut probati manifesti sint in vobis.* Sic probantur fideles, sic perfidi deteguntur; sic et [7]) ante iudicii diem hic quoque iam iustorum atque iniustorum animae dividuntur et a frumento paleae [8]) separantur. Hi [9]) sunt qui se ultro apud temerarios convenas [10]) sine divina dispositione praeficiunt, qui se praepositos sine ulla ordinationis lege constituunt, qui nemine episcopatum dante episcopi sibi nomen adsumunt: quos [11]) designat in psal-

IX. 1) *Hereses hinc* Md, *heresis* W. Ba et pr. Mab. Pro *et factae* Ba *effectae*. Partic. *et* om. Mc et A. Dein hic habet *sunt ... sint*, ille inverso ordine *et frequenter fiunt*. Pro *dum* Bb scribit *cum*. 2) Deest *vero* in A. 3) Baluz. et Goldh. addunt *nostra* invitis libris et manu exaratis et typis exscriptis; *mentes nostras et corda* exhibent Md et ed. Morell. Mox *discrimine* dat A. 4) *clarescit* pr. Mc. 5) Verba *et dicit* om. A; in Mc legitur *dicens*. Sc. 1. Cor. 11, 19. 6) Ita W. Mabd et edd. exceptis Baluz. atque Goldh., in quibus *et*, uti in codd. Bab. Mc et A, deest. L. III. ad Quirin. c. 93., ubi editi libri c. codd. W ac Mb *et* agnoscunt, Ba et Mc particulam illam item omittunt. Pro *haereses* W et Ba dant *haeresis* et post *esse* Ver. infert *et schismata*. In seqq. *in* om. Ba, *in nobis* habent Md et A. 7) *et* om. Mc. 8) Deest *paleae* in A. 9) *Hii* Ba et A, *hic* Mc et pr. Mb, *hinc* W. Ma. Bb. 10) *convenas* pr., deinde *convivas* Bb, *conventus* Mc, item a sec. m. Mb. Mox *dispensacione* pro *dispositione* A. Idem proxime *dispensacionis* pro *ordinationis*. Paulo post *assumit* Md. 11) *quod* Ma.

mis spiritus sanctus sedentes in pestilentiae cathedra [12]), pestes et lues fidei, serpentis ore fallentes et corrumpendae veritatis artifices, venena letalia linguis pestiferis evomentes: quorum sermo ut [13]) cancer serpit, quorum tractatus pectoribus et cordibus singulorum mortale virus infundit. Contra eiusmodi clamat dominus, ab his refrenat et revocat errantem plebem suam [14]) dicens [15]): *Nolite audire sermones pseudoprophetarum, quoniam visiones cordis eorum frustrantur eos. Locuntur* [16]), *sed non ab ore domini. Dicunt eis qui abiciunt verbum dei* [17]): *Pax erit vobis et omnibus ambulantibus* [18]) *in voluntatibus suis. Omnis* [19]) *qui ambulat in errore cordis sui non venient*

---

12) *cathedram* Ba et pr. W. Mox *serpentes* A. Tum *fallentes* c. linea subducta et superscripto v. *patrantes* Mb. Vitiose *corrumpenda* Ba. Dein *loetalia* Bb. 13) *et cancer* Bb et pr. Mc. Respexit Noster 2. Timoth. 2, 17. Proxime *contactus* A, *tactus* ed. Manut.; in marg. autem Gotting. exemplaris vir doct. correxit *tractatus*. Ita testante ac probante *Rigaltio* (Observatt. p. 165) scribit Ver., quocum conspirant etiam W. Mabcd. et Bab, hancque lectionem restituit Baluzius, adnotans: „Antea legebatur *tractus* in antiquis editionibus. Remboltus edidit *tactus*. Quae lectio magis arrisit Erasmo, [Gravio], Manutio, Pamelio et Rigaltio, sed non Morellio, qui posuit *tractatus*. Quae est vera lectio, quam confirmant XXVI. libri nostri et decem Anglicani, tum etiam editio Veneta anni 1547. Hanc vero lectionem tamenetsi Rigaltius non posuerit in contextu, ait tamen in observationibus suis ita scribi omnino debere. Hoc iudicium secuta est editio Anglicana." Dein *pectoris* mendose Bb. 14) *plebem suam errantem* Mb. 15) Hierem. 23, 16—17. 16) *Locuntur* W. et Bb. Vid. ad Cap. XX. n. 8. Additur *enim* in Mb. 17) Verba: *Dicunt eis, qui abiciunt verbum dei*, desiderantur in Bb. Pro *dei* Ver. 1. et A exhibent *domini*. 18) Deest *ambulantibus* in A. 19) *Omni* Ver. Md et A, *omnibus, qui ambulant* Bb et ex mutat. r. m. Mb, *omnes qui ambulant* ed. Daventr. Quod sequitur *in* om. Mabd. Mox *super eos* (*os* in ras. posito) dat Mb, *super te* scribunt Ver. W. Macd. Bab. A.

super eum mala. Non locutus sum ad eos[20]*, et ipsi prophetaverunt. Si stetissent in substantia mea et audissent verba mea*[21] *et si docuissent populum meum, convertissem*[22] *eos a malis cogitationibus eorum.* Hos eosdem denuo dominus designat et denotat dicens[23]: *Me dereliquerunt fontem aquae vitae*[24] *et effoderunt sibi lacus detritos, qui non possunt aquam portare.* Quando aliud baptisma praeter unum esse non possit, baptizare se posse[25] opinantur. Vitae fonte deserto vitalis et salutaris aquae gratiam pollicentur. Non abluuntur illic[26] homines, sed potius sordidantur, nec purgantur delicta[27], sed immo cumulantur. Non deo[28] nativitas illa, sed diabolo filios generat. Per mendacium nati veritatis promissa non capiunt, de perfidia procreati fidei gratiam[29] perdunt, ad pacis praemium | venire non possunt qui 198 pacem domini discordiae furore ruperunt.

---

20) Hierem. 23, 21—22. 21) *et audissent verba mea* om. Bb. et A. 22) *convertissem* mutatum in *avertissem* in Mb, *convertissent* scribitur in W. Ma. Ba et Mc, *non vertissent* in Bb. 23) Hierem. 2, 13. 24. Ita Ver. pro vulg. *vivae* et hic et Epist. LXX. p. 125. Legitur enim ap. LXX.: ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζωῆς. Similiter Noster infra *vitae fonte deserto.* Dein A *foderunt*, quod convenit Graeco ὤρυξαν ap. LXX. Mox *latus* idem liber, *lacos* Ba. Tum *detrictos* Bb. 25) *se posse* om. A, *posse se* exhibent codd. Bab et edd. Gravianam antecedentes. Defit *posse* in W et Mac. 26) Ita codd. nostri et tres Angl. c. edd. Manutiana antiquioribus, item Baluziana atque Goldhorniana, *illis* edd. Manut. Pamel. Rigalt. et Oxon. 27) Mendose *dilecta* Bb. Tum *immo* (*ymo* A, *in imo* Mc) om. Mbd. Pro *cumulantur* W. Mabc et Bab exhibent *maculantur*. 28) *Non ideo* A, *non domino* Bb. 29) *et gratiam* Ma. Dein *perdiderunt* Mb. Mox idem *pervenire*. Tum *qui* e *quia* corr. in eodem.

X.

Nec se quidam [1]) vana interpretatione decipiant, quod dixerit dominus [2]): *Ubicumque fuerint duo aut tres* [3]) *collecti in nomine meo, ego cum eis sum.* Corruptores evangelii atque interpretes falsi extrema ponunt et superiora praetereunt [4]), partis memores et partem subdole conprimentes. Ut ipsi ab ecclesia scissi [5]) sunt, ita capituli unius sententiam scindunt. Dominus enim cum discipulis suis [6]) unanimitatem suaderet et pacem: *Dico,* inquit [7]), *vobis quoniam* [8]), *si duobus ex vobis convenerit in terra, de omni re, quamcumque petieritis, continget vobis a patre meo, qui in caelis est* [9]). *Ubicumque enim fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum,* ostendens [10]) non multitudini, sed unanimitati deprecantium plurimum tribui. *Si duobus,* inquit, *ex vobis convenerit* [11]) *in terra,* unanimitatem prius posuit, concordiam pacis ante praemisit; ut conveniat nobis, fideliter [12]) et firmiter docuit. Quomodo autem potest ei cum aliquo convenire, cui [13]) cum corpore ipsius ecclesiae et cum universa fraternitate non convenit? Quomodo [14]) possunt duo aut tres in

---

X. 1) *Ne se quidem* Bb et A. Proxime *decipiat* Bb. 2) Matth. 18, 20. 3) *vel tres* A. Tum *eo* pro *ego* Bb et A. Dein *illis* pro *eis* Md. et edd. Daventr. atque Morell. 4) *ut — praetereant* Mc. Deinceps *partem* Ba, *partim* Bb. In Mb. *partim* enatum e *partis.* Mox *partim* W. Ma. Bb et a s. m. Mb. Tum *sub dolo* A. et *corrumpentes* pro *conprimentes* edd. ante Manutianam omnes. 5) *excisi* (pr. *excissi*) Mb. Proxime *capitis* Mc. Dein *sentencie* A. 6) *suis* om. A; idem scribit *unitatem* et *pacem dixit.* 7) Matth. 18, 19—20. 8) *quia* Mb. Proxime *duo* Bb et pr. Md. Ita etiam Mb (*bus* eraso). Tum *convenerint* Mb. Bab. A. 9) *est in caelis* Mb. 10) *ostendit* Mb. Mox *deprecanti* Ba. *Plurimum* om. Ma. 11) *convenit* A. 12) *fideliter nobis* A. 13) *qui* Mb. 14) *Quomodo autem* idem.

nomine Christi colligi, quos constat[15]) a Christo et ab eius evangelio separari? Non enim nos ab illis, sed illi a nobis recesserunt. Et cum[16]) haereses et schismata postmodum nata sint, dum conventicula sibi diversa constituunt, veritatis caput atque originem reliquerunt. Dominus autem de ecclesia sua loquitur et[17]) ad hos, qui sunt in ecclesia, loquitur, ut, si ipsi concordes fuerint, si secundum quod mandavit et monuit, duo aut tres licet collecti unanimiter oraverint, duo aut tres licet sint, impetrare possint[18]) de dei maiestate quod postulant.

XI.

Ubicumque[1]) *fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego,* inquit, *cum eis sum,* cum simplicibus scilicet atque pacatis, cum deum timentibus et dei praecepta servantibus. Cum his[2]) duobus vel tribus licet esse se dixit,

---

15) *constet* W. Mbcd et Bab. Mox *ab* om. A. 16) *quoniam*, ut solet, A. Dein *heresis* W. Bab. A. et pr. Mabc. Cf. ad Cap. IX. n. 1. et 6. Tum *scismata* constanter codd. nostri. Mox *sunt* A et pr. Mb. Pro *dum* (*duo* A) scribitur *cum* in W et Mc. Statim *conventiculas* — *diversas* W. Paulo post *delinquerunt* pr., e corr. r. m. *reliquerunt* Mc. 17) *et* om. Mcd itemque edd. Manutianam antecedentes et Morell., *ei*^{s}. pr., dein *es*^{s}. (sic) *ad hos* Bb; *ad eos* Ma. In seqq. verba *duo* (*quo* Bb) *aut tres* — — *oraverint* om. A. Post *licet* quod deest in ed. Grav. (Daventr. habet *scilicet*) a r. m. in Mb superscriptum legitur *sint*. 18) *possunt* Mc. Tum *magestate* Mb.

XI. 1) *Ubicumque enim* Mb. Verba *collecti in nomine meo* om. W. Mac. Bab et A, *in nomine meo* in Mb r. m. inter vers. supplevit. Tum *inquit* deest in eodem libro. Mox A habet *scilicet cum pacatis* et pro *pacatis* Ver. *pacificis*. Dein *domino* pro *deum* Bb. 2) *hijs* A et ed. Daventr., *is* Ba. Statim *aut tribus* Ma et Bb. Quod sequitur *licet*, cuius loco in ed. Daventr. exstat *scilicet*, erasum est in Mb. Pron. *se* ab al. m. inter vers. habet W.

quomodo et cum tribus pueris in camino ignis fuit, et [3]) quia in deum simplices atque inter se unanimes permanebant, flammis ambientibus medios spiritu roris animavit: quomodo apostolis duobus in custodia clausis, quia simplices, quia unanimes erant, ipse adfuit [4]), ipse resolutis carceris claustris, ut verbum, quod fideliter praedicabant, multitudini traderent, ad forum rursus inposuit. Quando ergo in praeceptis suis ponit [5]) et dicit: *Ubi fuerint* [6]) *duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis sum*, non homines ab ecclesia dividit qui instituit et fecit ecclesiam, sed [7]) exprobrans discordiam perfidis et fidelibus pacem sua voce commendans ostendit magis esse se [8]) cum duobus aut tribus unanimiter orantibus, quam cum dissidentibus [9]) plurimis, plusque inpetrari posse paucorum concordi prece [10]), quam discordiosa oratione multorum. Ideo et [11]) cum

3) *et* om. Ma. Mox *in dominum* scribit Mc, *in domino* dant Ver. Neap. et Bb, *in domo*, quod rectissimum esse censet Rigaltius l. c. exhibet Beneventanus. Sed si respexeris verba praecedentia: *cum deum timentibus et dei praecepta servantibus*, vulg. lectio mutanda non videtur. Ceterum *in deum* et *inter se* aptissime sibi opponuntur. Dein pro *permanebant* in Ver. legitur *perseverabant*, proxime *medio* in Bab itemque in A. 4) *affuit* Bb et A. Tum *ipsos* Mc. Dein *solutis claustris carceris* A, *solutis* etiam Md. Mox *verbum* om. Bb, *verum* pro *verbum* habet Ba. 5) *in praeceptis sint posuit et dicit* A. 6) *fuerunt* A, *duo, inquit, aut tres fuerint* Mb. Verba seqq.: *collecti in nomine meo* desunt in Ver. W. Mabc. Bb et A, *in nomine meo* in Ba. Dein *sum cum eis* scribit A. 7) *sub* pro *sed* Bb. Tum *exprobrans* in W corruptum in *exprobans; discordiam exprobrans et fidelibus* exhibet Mb, *discordia* vitiose Bb. 8) *se* omissum est in Ba et A, superscriptum a r. m. in Mb. 9) *dissentientibus* Ba et A. Tum *pluribus* Ver. Deinde *imperari*, in marg. ab r. m. *impetrari* Mc. 10) *concordium pace* Ba, *concordium pacem* pr. Mb. Mox *discordia* A. Dein *multorum oratione* Mc. 11) *et* om. Bb. Statim *quomodo* pro *cum* habet A. Dein *orantibus* ed. Daventr.

orandi legem daret, addidit dicens[12]): *Et cum*[13]) *steteritis ad orationem, remittite si quid habetis adversus aliquem, ut et pater vester, qui in caelis est, remittat vobis peccata.* Et ad sacrificium cum dissensione venientem revocat ab altari[14]) et iubet prius concordare cum fratre, tunc cum pace redeuntem deo[15]) munus offerre, quia nec ad Cain munera respexit deus. Neque enim habere pacatum[16]) deum poterat qui cum fratre pacem per zeli discordiam non[17]) habebat. Quam sibi[18]) igitur pa-

---

12) Marc. 11, 25. 13) *quō* i. e *quoniam* (vid. ad Cap. I. n. 11.) A. In seqq. Bb. scribit *adversum.* Dein *ut pater noster* A. Mox *remittet* W et pr. Mç. Tum *peccata vobis* W. Mac et Bab, *peccatis* (sic) *vobis* A. 14) *ab altario* Ba. Post *iubet* Mb male infert *hunc.* Mox *concordari* scribunt Macd et Bab. Conspirat cum his exemplar Daventr. Idem liber posthac exhibet *et tunc.* 15) Ita Mabc. Ba. A et ab al. m. W. Vulg. *domino.* Tum *Cayn* A. 16) Ita W. Mabcd. Bab. A. et edd. Manutiana antiquiores c. Morell. pro *pacatum habere.* „Tres libri veteres habent *placatum.* Alii tres et vetustiores editiones addunt *vel pacem apud deum.* Sed ea desunt in aliis editionibus et in quindecim antiquis exemplaribus. Recte autem Pamelius existimat irrepsisse in textum ex margine. Ego facilius crediderim addita fuisse supra lineam in codicibus antiquis, ut saepe factum fuisse monuimus supra. Codex Turonensis habet: *Neque enim habere pacem apud deum poterat.* Fuxensis: *Neque enim pacem domini habere poterat.* In epistola secunda Pelagii II. ad episcopos Istriae legitur: *Neque enim habere pacatum dominum poterat.* Aliter hunc Cypriani locum expressit Ludovicus Romanus in sermone, quem habuit in concilio Basileensi. Sic enim posuit: *Neque enim deum habere pacatum poterit, qui cum fratre pacem non habet, sed zeli discordiam.*" *Baluzius.* Pro *deum* in Ver. et Bb legitur *dominum.* 17) *non*, quod om. A, Mc a r. m. habet. Dein *habeat* scribit B. 18) *sibi* deest in A. Item mox *quae.* In seqq. *an* ante *secum* (Md *secundum*) praeeuntibus Ver. W. Mab. Bab. Neap. et A omisi probante Rigaltio l. c. Mc a r. m. inter vers. habet. Proxime *fuerunt* A. Tum *hii qui* Ba, *hi qui* Mc. Dein *ecclesiam Christi* A.

cem promittunt inimici fratrum? quae sacrificia celebrare se credunt aemuli sacerdotum? secum esse Christum, cum collecti fuerint, opinantur qui extra Christi ecclesiam colliguntur?

XII.

Tales etiam si occisi in confessione nominis [1]) fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis et gravis culpa discordiae [2]) nec passione purgatur. Esse martyr | non potest qui in ecclesia [3]) non est, ad regnum perve- 199
nire non poterit qui eam, quae regnatura est, dereliquit [4]). Pacem nobis Christus dedit [5]), concordes atque unanimes esse praecepit, dilectionis et [6]) caritatis foedera incorrupta atque inviolata mandavit. Exhibere se non potest martyrem qui fraternam non tenuit caritatem [7]). Docet hoc et contestatur [8]) Paulus apostolus dicens [9]): *Et si habuero fidem ita, ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum; et si* [10]) *in cibos distribuero omnia*

XII. 1) Ante *nominis* in Mb r. m. superscripsit *Christi*, quod legitur etiam in ed. Daventr. Tum *praefuerint* habet A. 2) *discordia* Mc. 3) *ecclesia* (*dei* ab r. m. superscr.) Mb. Mox *potest* A. 4) ItaW. Ba et Mc, vulg. *derelinquit*. 5) *Pacem Christus nobis dedit* Mb. 6) *atque* Md et A. Proxime ante *mandata* delevimus *servari*, quod om. tres Ver. W. Mab. Ba et A. et Mc a r. m. supra lin. habet. Verba: *Exhibere se non potest martyrem, qui frat. non tenet carit.*, utpote in contextu omissa, in eodem libro r. m. ad marg. adiecit. *Non fraternam* scribit Bb. Negatio excidit in A. Dein *unitatem* (superscr. *al.* ab r. m.), in mg. ab al. r. m. *caritatem* Mc. 8) *testatur* A. Tum *apostolus Paulus* Mb. 9) 1. Cor. 13, 2—8. 10) *si* deest in A. Statim *in cibis* exhibet Mb. Quod vulg. additur *pauperum* om. quattuor Ver. W. Mab. Ba et ipse Noster L. III. c. 3. p. 304. ad Quirin.; itemque cod. Claromont. Quare expunximus. Pro *distribuero* in Bb et cod. Claromont. est *divisero*. Dein *mea* om. A. Mox *ita ut ardeam*

mea, et si tradidero corpus meum, ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil proficio. Caritas magnanima [11] *est, caritas benigna est, caritas non aemulatur, non inflatur, non irritatur, non agit perperam, non cogitat malum, omnia diligit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet: caritas numquam excidet. Numquam,* inquit, *excidet* [12] *caritas:* haec enim semper in regno erit, haec

---

scribit Ver. Ad verba *ut ardeam* adnotavit Baluzius: „Ita etiam l. III. testimoniorum cap. 3. At Hieronymus in caput quintum epistolae ad Galatas refert in veteri versione pro *ardeam* legi *glorier*. Et videtur Hieronymus praeferre eam lectionem, cum paulo post dicat illam, quae habet *ardeam*, esse errorem, qui apud nostros inolevit." 11) *magnanimis* Ba et hic et in libro de zelo et livore p. 259. Mox *non aemulatur, non zelat* idem Ba. Sed *non zelat* (ita Noster de zelo et livore l. c. pro *non aemulatur*) glossema sapit, quae ex mg. in textum irrepsit. Recte istud additamentum a contextu abest in libro de bono patient. p. 252 et in testimon. l. c. Pro *non inflatur,* quae verba om. A, Ver. habet *non inflammatur.* Dein *non agit perperam,* quae edd. Pamel. et rell. recentiores interponunt post *non aemulatur,* praeeuntibus libris et manu scriptis nostris et ante Pamel. editis inserui post *non irritatur.* Loco vocis *perperam* A in contextu habet *per peccata,* in mg. *peram* (sic). Post *non cogitat* in Bb illatum *proximo,* quod merum glossema est, et post *malum* in Ver. legitur *non gaudet super iniustitiam,* uti ap. Nostrum ad Quirin. l. c., ubi praeterea adiunguntur haec: *condelectatur autem in veritate.* Tum *excidet* dant codd. Ver. Neap. Vat., nostri omnes, Cambr. ap. Pamel. et plures ab Oxon. excussi, nec differt cod. Claromont. epistolarum S. Pauli. Consentiunt edd. vett. (excepta Daventr.), Remb. et Manut. *Excidit* (ἐκπίπτει) ex ed. Daventr., ut videtur, receperat Erasmus, eumque secuti sunt Gravius, Morellius, Pamelius et recentiores omnes. *Excedit,* ut Hieronymus in cod. Amiat. a Tischendorfio edito, primo exhibebat Mb. In testimon. l. c., ubi vulgo legitur, *caritas numquam excidet,* Mb habet: *karitas numquam excidit* (sic a corr. m., a prima *excedit*), Ba: *Agape numquam excidit.* 12) Ita codd. Ver. Neap. Vat. W, et Mabc e. edd. vett. et Manut., vulg. *excidit.* Statim *haec est enim semper et in regno erit* A. Et agnoscunt etiam Mbd. Mox *dixerit*

in aeternum fraternitatis sibi cohaerentis unitate durabit. Ad regnum caelorum non potest pervenire [13]) discordia; ad praemium Christi, qui dixit: *Hoc est mandatum meum, ut diligatis invicem, quemadmodum dilexi vos*, pertinere non poterit qui dilectionem Christi perfida dissensione violavit. Qui caritatem non habet, deum non habet [14]). Ioannis beati [15]) apostoli vox est: *Deus*, inquit [16]), *dilectio est, et qui manet in dilectione, in deo manet, et deus in illo manet.* Cum deo [17]) manere non possunt qui esse in ecclesia dei unanimes noluerunt. Ardeant [18]) licet flammis et ignibus traditi, vel obiecti bestiis animas suas po-

---

Ba et pr. W. 13) *venire* Ba et A. Dein *nec ad* Mbcd. Bb. A et edd. Pamelianam antecedentes, item Oxon., in quibus ante *nec* commate et ante *pertinere* puncto distinguitur. Sed *nec* in Mb a r. m. praefixum, in Mc superscriptum est. Recte tres Ver. ceterique nostri *nec* omittunt. Dein pro vulg. *praemia* codd. nostri omnes exhibent *praemium*, et ita correxit iam vir doctus ille Italus in Gotting. exemplari editionis Manut.: ex quo patet eandem lectionem ab eo inventam esse in Italicis libris Mss. In loco Ioanneo (15, 12.) W scribit *quem ammodum*. Mox *ad Christum pertinere non poterit* dant Bb. A et plerique libri vett. a Baluzio perlustrati; contra *pertin. non poterit* (*potuit* W) *ad praemium Christi* W. Mabcd. Ba et edd. supra commemoratae excepta Oxoniensi, in qua exstat *ad Christum*. At verba *ad Christum* et *ad praemium Christi* glossas redolent, quae ex marg. in textum fluxerunt. 14) *deum non habet* om. A. 15) *beati* deest in Md. 16) 1. Ioann. 4, 16. Mox *qui manet in deo, in dilectione manet* W. Mabc. Ba. A; *qui in dilectione manet, manet in deo* Md c. ed. Daventr. Verba seqq.: *et deus in illo manet*, desiderantur in Ver. et Mc. In testimon. III. 3., ubi vulg. legitur; *et deus in eo*, codd. W. Mbc et Ba, ut h. l., exhibent: *et deus in illo manet.* Ceterum in superiore loco pro *deus* Bb perperam scribit *dominus*. 17) *Cum domino* Bab. Mox *quia* typothetae errore Manut., ubi vir doctus correxit *qui*. Ante *noluerunt* in A male repetitur *esse*. 18) *Ardent* Bb. Verba *vel obiecti* Mb a corr. m. in mg. habet.

nant, non erit illa fidei corona, sed poena perfidiae, nec religiosae virtutis exitus gloriosus, sed desperationis interitus. Occidi talis potest, coronari non potest.

XIII.

Sic se[1]) Christianum esse profitetur, quomodo et Christum diabolus saepe mentitur ipso domino praemonente et dicente[2]): ***Multi venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus, et multos fallent***[3]). Sicut ille Christus non est, quamvis fallat in nomine[4]), ita nec Christianus videri potest qui non permanet in evangelii eius et fidei veritate. Nam et[5]) prophetare, et daemonia excludere, et virtutes magnas in terris facere sublimis utique et admirabilis res est; non tamen regnum caeleste consequitur quisquis[6]) in his omnibus invenitur, nisi recti et iusti itineris observatione gradiatur. Denuntiat[7]) dominus et dicit: ***Multi mihi dicent***[8]) ***in illo die: Domine, domine, nonne***[9]) ***in tuo nomine prophetavimus, et in tuo nomine***

XIII. 1) *Se sic* Mc. Tum *et quomodo Christum* idem liber. Proxime *mentitur et dicat domino praem.* A. 2) Marc. 13, 6. 3) *multos seducent* Mbc. 4) *in homine* Bb. Voci *nomine* subiiciunt *illius* cod. Md et exemplaria ante Baluz. typis exscripta. At codd. Ver. Benevent. W. rell. Monacc. duo Neap. Bab. A et quinque Oxon. una cum Pamelianis glossematicum istud additamentum recte omittunt. Dein *et* pro *nec* perperam habet A et post *nec* Ver. infert *hic*. 5) *et* deest in Mb. 6) *quisque* W. Mabcd. Bb. A c. edd. SP. Venet. 1. Daventr. et Morell. frequenti permutatione. Vid. ad Cap. V. n. 5 et 10. Mb addit *enim*, puncto ante *quisque* distinguens. Tum *hijs*, ut solet A itemque ed. Daventr., *iis* SP. Venet. 1. 2. Remb. Erasm. Mox *observationis via* Bb. Deinceps *graditur* ex em. r. m. Mc, *gradiantur* Ba. 7) *Denunciat quoque* pr. Mb. Proxime *dicat* A. Ceterum vid. Matth. 7, 22. 8) *dicent mihi* edd. ante Manut. omnes c. Morell. Tum *in illa die* Mb. 9) Abest a Ba.

daemonia exclusimus, et in tuo nomine virtutes magnas fecimus? Et tunc dicam illis: Numquam vos cognovi [10]*, recedite a me qui operamini iniustitiam.* Iustitia [11]) opus est, ut promereri quis possit deum iudicem. Praeceptis [12]) eius et monitis obtemperandum est, ut accipiant merita nostra mercedem. Dominus [13]) in evangelio cum spei et fidei nostrae viam compendio breviante dirigeret: *Dominus deus tuus*, inquit [14]), *dominus unus est* [15]). *Et diliges* [16]) *dominum deum tuum*

Statim *in nomine tuo* exhibent Mbd et Bb, et ita primo scriptum fuit in A. Dein *in nomine tuo* pr. A. et ex mut. Mb. Post vero *in tuo nomine* recte W. Mac. Bab et pr. Mb pro vulg. *in nomine tuo.* Tum *magnas virtutes* W et Mac, *virt. multas*, quod convenit Graeco *δυνάμεις πολλάς*, Md, eandemque lectionem praebet Ba in testimon. III. 26. p. 314. 10) *novi* (*ἔγνων*) Mb, ut in testimon. l. c. consentientibus Mss. Mb, ubi primo legebatur *vidi*, Mc et Ba; W etiam h. l. habet *cognovi.* Mox *omnes qui* Ver. Pro *iniquitatem* idem liber cum Benevent. Mb. Neap. Bb et A praebet *iniustitiam*, quod recepimus. „Recte", ait *Rigaltius* l. c., „in Beneventano et Veronensi: *iniustitiam.* Etenim sequitur: *iustitia opus est.*" 11) *iusticie* A, *iustitia prius opus est* primo exhibebat Mb. Post vero *prius* lineola subducta insignitum. Pro *opus* Bb mendose scribit *operatus* et pro *deum*, quod intercidit in Ma, *domino.* 12) *quia praeceptis* Mb, *praeceptis et monitis eius* A. 13) *Domino* idem. Tum *in evangelio suo* tacite scripsit Baluzius. Sed pronomen possessivum ex nostris libris solus agnoscit Ver. Mox *conpendii brevitate* habet Mb. Verbo *dirigeret* a r. m. additum in eodem cod. *ait;* nam quod mox sequitur *inquit* ibidem deest. 14) Marc. 12, 29 — 30. 15) *dominus* pro *deus* receptum ex W. Mab. Ba et A, quibuscum faciunt et libri ante Erasm. typis exscripti (Daventr. excepto) et Morell. Etenim hanc lectionem flagitat Graecus textus, qui ita habet: *Κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν κύριος εἷς ἐστίν.* Nec *dominus*, nec *deus* exhibent edd. Erasm. Grav. et Oxon., *inquit Deus, unus est* (sic) dant Manut. atque Rigalt. Pamelius et ante et post v. *Deus* commatibus distinxit, *inquit, Deus unus est* legitur ap. Baluz. et Goldh., item in codd. Bb et Mcd. *Dominus* confirmatur etiam in libro de orat. dominic. p. 213. codicibus W, tribus Monacc.

sibi placentes, superbi, tumidi, cupidi, blasphemi, parentibus dicto inaudientes, ingrati, inpii, sine adfectu, sine foedere, delatores, incontinentes, inmites, bonum non amantes, proditores, procaces, stupore inflati, voluptates magis, quam deum diligentes, habentes deformationem religionis, virtutem autem eius abnegantes. Ex his [8]) *sunt qui repunt in domos et praedantur mulierculas oneratas peccatis, quae ducuntur variis desideriis, semper discentes et numquam ad scientiam veritatis pervenientes. Et quomodo Iannes* [9]) *et Mambres restiterunt Moysi, sic et hi resistunt veritati; sed non proficient plurimum. Inperitia enim eorum manifesta*

8) Ita W. Mabc et Bab, *ex hiis* Md et A c. ed. Daventr. Vulg. *ex iis*. Proxime *que reponunt* A. Dein *domos viduarum* Md et exemplaria ante Manut. typis exscripta, item Morell.; *viduarum* a r. m. in mg. habet Mc. Mox *honeratas* scribunt Mad. Tum *dicuntur* — — *dicentes* mendose A. 9) Ita Ver. W. Mb, item edd. Venet. 2. Grav. et Morell.; *Iamnes* Mad et Bab conspirantibus edd. Daventr. Remb. Erasm. Manut. Pamel. Rig. Oxon. Baluz. Goldh.; *Iammes* A; *Lannes* edd. SP. et Venet. 1.; *Lamnes* (*L* in ras.) Mc. Dein *Mampres* W. Statim *resisterunt* Mb. Tum *Mosi* W. Pro *sic* Ver. *ita*. Dein *hii* Mad et A c. ed. Daventr. et *resistent* W. Mad. Post *veritati* in Mb superscripta ab r. m. sunt haec: *homines corrupti sensu, reprobi circa fidem*. Adnotavit Baluzius: „Additur in editione, quae dicitur Gravii *homines corrupti sensu, reprobi circa fidem*. Sed ego illa in nullo eorum veterum exemplarium reperi, quibus utor. Desunt etiam in quibusdam Anglicanis et in antiquis editionibus, eaque desiderari in manuscriptis, excepto Coloniensi, et in excusis omnibus testatur Pamelius, qui addit ea omitti potuisse a Cypriano. Scio sane illa haberi in epistola secunda Pauli ad Timotheum. Sed non ideo necesse est ut ponantur in contextu Cypriani, cum non exstent in antiquis exemplaribus lucubrationum eius. Neque enim ille semper describit integra loca, quae accipit ex epistolis Pauli et interdum quaedam addit, quae in illis non exstant." — Comparent sane ista verba in ed. Daventr. Deinceps duo libri Italici exhibent *sed ultra* et W c. Mbc *proficiunt*.

perat; sed nunc crevit eiusdem mali infesta[2]) clades, et surgere ac pullulare plus coepit haereticae perversitatis et schismatum venenata pernicies, quia[3]) et sic | in 200 occasu mundi oportebat[4]) praenuntiante per apostolum nobis[5]) et praemonente spiritu sancto[6]): *In novissimis,* inquit[7]), *diebus aderunt tempora molesta, erunt homines*

Cypriano. Quod verum non est. Quippe in pluribus antiquis exemplaribus scriptum in pluribus locis animadverti *fidelissimi* pro eo quod in aliis legitur *dilectissimi.*" *Baluzius.* — 2) *infesta* om. A, item proxime partic. *et.* Dein *surgere* pro *exsurgere* (A *exurgere*), quod primus recepit Pamelius, aptius et fortius exhibent W. Mabcd. et Bab. Nam Cyprianus usu verborum simplicium mirifice delectatur. Vid. ad Cap. I. n. 26. et Cap. IV. n. 16. Quod sequitur *ac* in Bb deest. 3) *quin* dat Mc. Part. *et* om. Mb et Bb. Vitiose *in occasum* scribit A, quocum conspirant libri ante Manut. editi. 4) Ita W. Macd. Bb et A consentiente Morellio, *fieri oportebat* Ba, unus Ital., Manut. Pamel. Rigalt. Oxon. Baluz. Goldh., *oport. fieri* Mb, in quo *fieri* ab r. m. superscriptum est, c. edd. Daventr. et Grav. *Fieri* h. l. merum esse glossema satis apparet; *oportebat* enim absolute ponitur. 5) *vobis* A. 6) 2. Timoth. 3, 1—9. 7) Mendose *in quibus* A. Part. *et* ante *erunt* recte om. W. Mabcd. Ba et A. Dein *et tumidi* dat Mc. Mox *arentibus* mutile Bb. Tum *dicto inaudientes* Neap., ut coniecit Gronovius Observatt. in scriptoribus eccles. monobibl. p. 629, quod recipere non dubitavi; *indicto inaudientes* A c. sex Baluzianis et duobus Angl., *indicto n̄* (ī a divers. m. inserto) *audientes* W, *in dicto non audientes* Beccens., *indicto audientes* Ver. 3. et Ma, *in d. aud.* Ba, *in dito audientibus* Bb, *in dicto non obaudientes* Mb et in mg. Grav., *in d. inobedientes* Codd. Thuan., S. Arnulphi et Carnot., *inobedientes* (om. *in dicto*) *ione* Md et in ras. Mc, itemque editi omnes. Proxime *sine affectu* (*ione* ab r. m. superscr.) Mc, *sine affectione* Md et e corr. Mb, quibuscum conspirant edd. vett. c. Erasm. et Morell. In cod. Mb r. m. supra lin. adiecit *sine miseria.* Pro *sine foedere* ed. Daventr. habet *sine misericordia sine fide.* Eadem in seqq. post vocc. *stupore inflati* addit *ambitiosi,* quod in Mb r. m. superscripsit; Md om. *stupore.* Dein *voluntates* scribit Bb, *voluptates* per ras. habet Mc. In eodem libro pr. exaratum fuit *formationem.*

latere atque auribus vestris perniciosa conloquia velut contagium mortis arcete, sicut scriptum est[5]): *Saepi*[6]) *aures tuas spinis, et noli audire linguam nequam.* Et iterum[7]): *Corrumpunt ingenia bona*[8]) *confabulationes pessimae.* Docet[9]) dominus et admonet a talibus recedendum. *Caeci sunt,* inquit[10]), *duces caecorum. Caecus autem caecum*[11]) *ducens simul in foveam cadent.* Aversandus[12]) est talis atque fugiendus quisquis fuerit ab ecclesia separatus. *Perversus est huiusmodi*[13]), *et peccat, et est a semet ipso damnatus.* An esse[14]) sibi cum Christo videtur qui adversus sacerdotes Christi facit, qui se a cleri eius et plebis societate[15]) secernit? Arma ille contra ecclesiam portat, contra dei[16]) dispositionem repugnat: hostis alta-

eiusmodi idem habet *huiusmodi.* Mox *ab auribus* dant Ver. Mb et A. 5) Eccl. 28, 24. 6) *Saepi, inquit* Mb. Tum *nolite* pr. Mc. 7) *Et iterum* om. ed. Daventr., *iterum dicit* scribitur in Mb. Vid. 1. Cor. 15, 33. 8) *mores bonos* Mb. 9) *Dicet* Bb. Dein *esse recedendum* Ver. 10) Matth. 15, 14. 11) *tecum* pro *caecum* A. Pro *simul* ed. Daventr. exhibet *ambo.* Restitui deinde *cadent,* quod convenit Graeco πεσοῦνται ap. Matth. l. c., praeeuntibus libris W. Mabc. Ba. A et editis omnibus praeter Baluz. et Goldh., in quibus, ut in codd. Bb, tribus Neap. et Md, legitur *cadunt.* 12) *Aversandus* Mbd. Bb. A et pr. Mc; *est* om. ed. Daventr. Tum *quisque dant* codd. nostri omnes c. ed. Daventr. permutatione solita. Vid. ad Cap. V. n. 5 et 10 et ad Cap. XIII. n. 6. 13) *Perversus huiusmodi est* Mb. Mox *eciam* pro *et est* mendose A. Post *damnatus* cod. Burgund. infert: *A semet ipsis damnati sunt qui se ab ecclesia Christi separant.* 14) *In esse* (sic) Bb. Dein *ipō* pro *Xpo* A. Proxime *adversum* W. Bab. Mc. A. Tum *sacerdotem* Mc. Post verba *adversus sacerdotes Christi facit* cod. Burgund. subiungit: *Cum Christo esse non videbitur qui contra sacerdotem Christi facit,* quae merum glossema redolent. 15) „Codex Veron. *ab ecclesia eius et plebe.* Lamonianus *qui se a clericis eius et plebe.*" *Baluzius.* Sed in Gotting. exempl. ed. Manut. ex Veron. libro nihil varietatis enotatum reperi. Silet etiam Rigaltius. 16) *domini* Bb.

ris [17]), adversus sacrificium Christi rebellis, pro fide perfidus, pro religione sacrilegus, inobsequens servus, filius inpius frater inimicus contemptis episcopis et dei sacerdotibus derelictis [18]) constituere audet aliud altare, precem alteram inlicitis vocibus facere, dominicae hostiae veritatem per falsa sacrificia profanare, nec scire [19]) quoniam qui contra ordinationem dei nititur, ob temeritatis audaciam divina animadversione punitur.

XVI.

Sic Core [1]) et Dathan et Abiron, qui sibi contra Moysen et Aaron sacerdotem sacrificandi licentiam vindicare conati sunt, poenas statim pro suis conatibus pe-

---

17) *hostis est altaris* Ba. Voc. *altaris* abest a Bb. Dein *et* insertum in Bab. Inverso ordine Ba habet *Christi sacrificium*, et pro *rebellis* in Mb legitur *facit*. Tum *perfide perfidus* moxque *in obsequiis* perperam scribit A. 18) *delictis* pr. W. Dein *audeat* A. 19) „Haec scriptura habetur in omnibus antiquis codicibus et editionibus, nisi quod in codice Burgundico scriptum est: *Nescit quoniam*. Quidam vero, sed pauci *ne scire*. Manutius edidit *nec dignatur scire*. Quod ab eo recte factum ait Pamelius ad vitandum hyperbaton, admonens interim vocem *dignatur* non exstare in manuscriptis. Sane ego illam in nullo eorum veterum exemplarium, quibus utor, reperi. Deest etiam in septem Anglicanis, ut minime dubitandum sit quin expungi debeat.“ *Baluzius*. — *Dignatur* e codd., quos ipse excussi, nullus; ex Italicis unus habet, unde vir doctus demendum censuit. Statim *quia* pro *quoniam qui* Bb. Idem *ac* pro *ob*.

XVI. 1) Ita Bab et Mor., rell. scripti atque edd. *Chore*. Seq. *et* om. A. Tum idem habet *Abyron*. Mox *Moysem* dant Mac, dein *sacerdotes* W. Ma et A. Primo in Mb scriptum fuit *diligentiam*. Tum *vindicare* in Mab mutatum a r. m. in *vendicare*, quod exhibent Mc et A. Proxime *poenam* Mb. Adv. *statim* post *suis* male posuerunt Baluz. et Goldb. Mox *dependerunt* (pr. *repend.*) Mb, *perpend.* A, *repend.* tres Neap., Bb et Mcd, *p̄ re pend.* (sic) Ba.

penderunt. Terra conpagibus ruptis [2]) in profundum sinum patuit, stantes atque viventes recedentis soli hiatus absorbuit. Nec tantam eos, qui auctores [3]) fuerant, dei indignantis ira percussit, sed et ceteros ducentos quinquaginta participes eiusdam furoris et comites, qui coagulati cum isdem [4]) simul ad audaciam fuerant, exiens a domino ignis properata ultione consumpsit, admonens scilicet et ostendens contra deum fieri quicquid inprobi fuerint ad destruendam ordinationem dei humana voluntate conati. Sic et Ozias [5]) rex cum turibulum ferens et contra legem dei sacrificium sibi violenter adsumens re-

2) *compaginibus* edd. vett. c. Remb. Tum *abruptis* Mb. Deinde *suum* pro *sinum* Md c. edd. ante Grav. typis exscriptis, *sinus* Mb. Tum *nec stantes* A. Pro *recedentis* Bb. Md et pr. Mb *recedentes*, A *recedentibus omnibus*. Statim *solis* W. Ma et Ba. 3) *actores* pr. Mb. Idem *fuerunt*. Addit Ver. *eius dementiae*. Mox pro *et* Bb *ad*, A *etiam*. Tum *eorum* pro *eiusdem* Mb. Pr. *comitis* Mc. 4) Ita W et Mab pro *iisdem*, *hisdem* Bab et Md, *hijsdem* A, *eisdem* Mc. In seqq. *operata ultione* Bb. Deest *scilicet* in A. Proxime *contra dominum* habet Bb. Idem *quicquic*. Deinde *fuerunt* A et pr. Mb. 5) *Sic ergo Ozias* Ma. Vitiose *turribulum*, ut edd. pr. et utraque Venet., Bb, *turbulum* Mc. Mox *contra dei legem* scribit Mb. Quod post *resistente* vulg. legitur *sibi* auctore cod. Ba omisi. Part. *et* post *nollet* a corr. m. superscriptum in Mb. Dein *cedere*, quod Baluzius invenit in XXI. codd. vett. et praeter edd. pr. exhibent Remb. Erasm. Grav. Morell. et quam secutus est Baluzius, Oxon., item reperi in Mbd et in Mc, in quo enatum est e *credere*, quod tenent quinque codd. antiqui Baluziani et rell. nostri excepto uno Bamb., in quo est *secedere*, nec non edd. Manut. Pamel. atque Rigalt. Alteram vero lectionem haberi etiam in Italicis libris mss. inde patet, quod in Gotting. exempl. ed. Manut. vir doct. nihil ex iis adnotans varietatis *credere* mutavit in *cedere*. In seqq. Ver. scribit *ea parte corporis scilicet*. Dein *notatus est* (*est* a r. m. addito) Mb. Pro *ubi signantur qui dominum promerentur* in A legitur: *qua salvari obtemperantes dominum prom.* — *Deum prom.* exhibent Mcd, *domino* pr. Mb et Bb.

sistente Azaria sacerdote obtemperare nollet et cedere, divina indignatione confusus et leprae varietate in fronte maculatus est, ea parte | corporis notatus offenso do- 201
mino, ubi signantur qui dominum promerentur. Et filii Aaron, qui inposuerunt altari ignem alienum, quem non praeceperat dominus, in conspectu statim domini vindicantis [6]) exstincti sunt.

XVII.

Quos imitantur scilicet atque sectantur qui dei [1]) traditione contempta alienas doctrinas adpetunt et magisteria humanae institutionis inducunt, quos increpat dominus et obiurgat in evangelio suo dicens [2]): *Reicitis* [3]) *mandatum dei, ut traditionem vestram statuatis.* Peius [4]) hoc crimen est, quam quod admisisse lapsi videntur, qui tamen in poenitentia criminis constituti deum plenis satisfactionibus deprecantur. Hic [5]) ecclesia quaeritur et rogatur,

6) *iudicantis* A. De utriusque verbi permutatione haud infrequenti vid. quae adnotavi in Ephemeridd. litterarr. Monacc. 1850. Nr. 52. p. 421.

XVII. 1) *domini* Bb. Pro *contempta* Ba *temptata.* Mox *constitutionis* Bb. 2) Marc. 7, 9. 3) *Reicistis* Bb, *reicitis* rell. libri nostri excepto Mc, qui verba: *Reiicitis mandatum dei, ut* ab r. m. in mg. habet. Ad *reicitis* in Mb additur *inquit.* Tum *vestram* punctis notatum in Ma, omissum in W. Deinde *tueatis* (sic) a m. pr., a s. inter vers. *statuatis* Mc. 4) *Eius* Bb. „Codex Gratianopolitanus: *Peius hoc crimen est quam quod hi qui sacrificaverunt admisisse lapsi videntur.* Verum istud glossema est, quod ex ora libri irrepsit in textum.“ *Baluzius.* — *quam quod hij qui sacrificaverunt admisisse* (om. *lapsi*) *videntur* exhibet A; *amisisse* Bb. Mox *in potentiam* edd. SP. et Venet. 1., *in penitentiam* Daventr., in *poenitentiam* ante Manut. omnes. Pro *deum* Ver. et Bab *dominum.* Tum *plenius* A. 5) *Illic — hic* pro *hic — illic* Mb et A idque constanter. Dein *et ecclesia* Ba, *ecclesia quaer.* (*dei* a. s. m. *dei*

illic ecclesiae repugnatur. Hic potest necessitas fuisse, illic voluntas [6]) tenetur in scelere. Hic [7]) qui lapsus est sibi tantum nocuit, illic qui haeresim vel schisma facere conatus est multos secum trahendo decepit. Hic animae [8]) unius est damnum, illic periculum plurimorum. Certe peccasse se hic et [9]) intellegit et lamentatur et plangit; ille tumens in peccato suo et in ipsis sibi delictis placens a matre filios segregat, oves a pastore sollicitat, dei sacramenta disturbat. Et cum lapsus [10]) semel peccaverit, ille cotidie peccat. Postremo lapsus martyrium [11]) postmodum consecutus potest regni promissa percipere; ille [12]), si extra ecclesiam fuerit occisus, ad ecclesiae non potest praemia pervenire.

---

superscr.) Mb. Mox *ecclesia repugnatur* Bab. 6) *potestas* A. 7) *Hinc* tres Ital. Tum *labsus* W. De hac scriptura, quae ex molliori pronuntiatione fluxit, nec raro in his Nostri libris recurrit, vid. Wagner. Orthograph. Vergil. p. 264. Mox *heresin* W et Ma, *heresem* Md. Dein *schismata* Ma, *scismatá* Mc, rell. *scisma*. Pro *facere* Mc *agere*. Post *secum* in Mb illatum est *quoque*. 8) *In anima* Mc. Deinde Ba *plurimorum periculum*, Bb *periculum multorum*. 9) *et hic* (in ras.) Mc, ut edd. Gravianam antecedentes, *ille et* A. Ba om. *et*. Statim *intelliget* Mc. In seqq. *hic tumens* A, *tumens et inflatus* Ba, *tumens* (in ras., omisso quod sequitur *in*) Mc. Tum *peccato* codd. nostri omnes, *pectore* ex cod. Flori Baluzius, quem secutus est Goldh. Proxime *sibi* (superscr. ab r. m. *suis*) Mc, *suis* edd. vett. c. Remb. Erasm. et Morell. Mendose *dilectis* Bb. Infra *disturpat* Ma. 10) *labsus*, ut supra, W, in seqq. tamen *lapsus*. Tum *hic* pro *ille* A; *cotidie* W. Ba. Mcd c. ed. Daventr., *cotdie* Bb, *cottidie* Ma, *cottidiae* Mb, *quottidie* edd. Erasmianam antecedentes, *quotidie* A c. edd. Erasm. et seqq. excepta Morell. in qua est *cotidie*. 11) *et martyrium* Mc. Deinceps *primitionem* pro *postmodum* edd. vett. una cum Remb. et Erasm. Tum *post* (sic) *regni prom.* Mb et pr. W. 12) *hic* A. Paulo post Mb habet *ad ecclesiae praemium non potest pervenire* et Md *promissa* pro *praemia*.

XVIII.

Nec quisquam [1]) miretur, dilectissimi fratres, etiam de confessoribus quosdam ad ista procedere, inde quoque aliquos tam nefanda, tam gravia peccare. Neque enim [2]) confessio immunem facit ab insidiis diaboli, aut contra temptationes et pericula et incursus [3]) atque impetus saeculares adhuc in saeculo positum perpetua securitate defendit. Ceterum numquam [4]) in confessoribus fraudes et stupra et adulteria postmodum videremus, quae nunc in quibusdam videntes ingemescimus [5]) et dolemus. Quisquis [6]) ille confessor est, Salomone maior aut melior aut

---

XVIII. 1) *quisque* Macd. Bab. A et pr. Mb. Qua de confusione vid. ad Cap. V. n. 5 et 10. Mox Ver. *et* pro *etiam*, quod Mc a r. m. inter vers. habet. Tum *ad ista prosilire* idem liber. Verba seqq.: *inde quoque — — — peccare* desunt in Mc. In his Ver. scribit *tam nefaria* (non *nefarie*, ut perperam legitur apud Rigaltium) *tamque gravia peccare*. Pro vulg. *quam gravia* recepimus *tam gravia* e codd. W. Mab. Thuan. et Bab, *tam grandia* habet Md, *et gravia* A. Conf. ad librum de laps. Cap. XVII. n. 5. Deinceps *peccata* Bb. 2) *enim* Mc a r. m. supra lin. habet. 3) *concursus* A. Infra *detendit* Ba. 4) *nonnumquam* pr. Mb. 5) Ita W. Mb et Ba, rell. *ingemiscimus*. Conf. ad libros de laps. Cap. XXV. n. 1 et 3—4 et de habitu virg. Cap. XV. n. 10. 6) *Quisque* W. Macd. Bab. A et pr. Mb, ut passim. Paulo post *deo carior* W. Mabd. Ba et A. c. edd. Grav. Manut. ceterisque. A rell. libris tam scriptis, quam editis *deo* abest. Mox *tamen* A om. Deinde *quam diu — tam diu* (disiunctim) Mbc et A. In seqq. unus liber Ital. habet *postquam autem*. Proxime *perdit* Mb. Quod sequitur *et* om. Bb et Mc. „Post verba *gratiam domini* Manutius addidit, *sicut scriptum est: Et excitavit dominus satanan ipse Salomoni, et ideo in apocalypsi dominus ad Ioannem graviter comminatur*. Quae Rigaltius ait esse in veteri libro Veronensi. Pamelio non placuit haec additio Manutii, nimirum quia, ut ille ait, dominus in illo loco non loquitur ad Ioannem, sed ad an-

deo carior non est; qui tamen, quandiu in viis domini ambulavit, tandiu gratiam, quam de domino fuerat consecutus, obtinuit; postquam dereliquit domini viam, perdidit et gratiam domini. Et ideo scriptum est [7]): *Tene quod habes, ne alius accipiat* [8]) *coronam tuam.* Quod utique dominus non minaretur auferri [9]) posse coronam iustitiae, nisi quia recedente iustitia recedat necesse est et corona. Confessio exordium [10]) gloriae est, non meritum iam coronae, nec perficit laudem, sed initiat dignitatem, cumque scriptum sit: *Qui perseveraverit* [11]) *usque in finem, hic salvus erit,* quicquid ante finem fuerit, gradus est, quo ad fastigium salutis ascenditur, non terminus, quo iam culminis summa teneatur.

---

gelum Philadelphiae. Itaque Pamelius retinuit quidem eam additionem, sed delevit ea, quae referuntur ex apocalypsi. Ita etiam Rigaltius. Ego vero omnia supprimo, quia illa non inveni in ullo veterum exemplarium nostrorum, quia desunt in undecim Anglicanis et in editionibus Manutiana antiquioribus.“ *Baluzius.* — Absunt illa verba etiam a nostris codd., Neap. atque Vat. omnibus. Idcirco Baluzius merito exterminavit. 7) Apocalyps. 3, 11. 8) *accipiet* A. 9) *auferre* Mb. Dein *coronam posse* Mc. Part. *et* ante *corona* om. idem liber. 10) *exhordium* Mb. Tum *et* pro *est* A. Idem et tres Ver. om. *iam.* Contra Mb habet: *Nam* (ita in ras., puncto praefixo) *coronae nec perficit laudem.* Proxime *cum scriptum sit* Md. Vid. Matth. 10, 22. 11) Additur *inquit* in Mb. Deinde *usque ad finem* exhibent Mad, ut edd. Pamel. Rig. et Oxon. Pro seq. *hic*, quod deest in Bb, W et edd. ante Manut. una cum Morelliana dant *is.* Mox *quidquid* Mb. Verb. *fuerit* in Mc. margini adpictum. Tum *quo fastigium* Mbc et Bb. Dein *salus ascenditur* Ba. „Cod. S. Dionysii Remensis *extenditur.* Pro quo fortassis legendum est *escenditur*, ut apud *Tacit.* L. XIII. [c. 5.] Annalium *escendere suggestum imperatoris* et L. XV. [c. 59.] *rostra escendere.*“ *Baluzius.* — Pro *non terminus* Bb perperam *con terminus.* Verba proxima: *summa tenetur* (sic), Mb a r. m. supra lin. habet.

XIX.

Confessor est; sed post confessionem periculum maius est, quia [1]) plus adversarius provocatus est. Confessor est; hoc [2]) magis stare debet cum domini evangelio, per evangelium gloriam consecutus a domino. *Cui* [3]) *multum datur, multum quaeritur* [4]) *ab eo; et cui plus dignitatis adscribitur, plus de illo exigitur servitutis.* Nemo per confessoris exemplum pereat, nemo iniustitiam, nemo insolentiam, nemo [5]) perfidiam de confessoris moribus discat. Confessor est [6]); sit humilis et quietus, sit in actu suo cum disciplina modestus, ut qui Christi confessor dicitur, Christum, quem confitetur, imitetur. Nam cum dicat ille [7]): *Qui se extollit humilia-*

XIX. 1) *qui* Mc et A, *quare* Bb. 2) *hic* A itemque edd. vett. c. Remb.; *hoc autem est stare cum evangelio* scribit Mc, in quo ab r. m. supra lin. addita sunt haec: al. *hic magis stare debet cum domini evangelio.* In Ma legitur: *hoc magis est, hoc magis stare debet* etc.; in Md. *cum dei evang.*, dein pro *per evangelium* in Bb *per eum.* 3) *Ait enim dominus: Cui* e Ms. Pamelius, eumque secuti sunt editores posteriores. In Bb scribitur: *ait enim deus.* Eadem in uno vet. cod. invenerat Morellius, qui in contextu pro *deus* male habet *dicens.* A rell. vero libris et scriptis et editis haec verba merito absunt. Silet Baluzius. Ceterum vid. Luc. 12, 48. 4) *quaeretur* Mac et a corr. m. Ba c. edd. Baluzianam antecedentibus. Mox *et* om. Mb cum Bb. Tum *adscribitur* W. Mab. Ba. Manut. Morell. ceteraeque edd. recentiores, *ascribitur* Bb. Mc. A itemque edd. SP. Venet. 1. 2. Kunn. et Remb., *asscribitur* Md. c. edd. Daventr. Erasm. atque Grav. Dein A *de eo exigetur.* Dum in Graeco textu legatur — — *πολὺ ζητηθήσεται παρ' αὐτοῦ*, — — *περισσότερον αἰτήσουσιν αὐτόν*, ego quidem omnino praetulerim scripturam *quaeretur* — — *de eo exigetur.* 5) Om. Bb. Mox A vitiose *confessoribus.* 6) *Confessor est Christi* Ba. In seqq. *moderatus* pro *modestus* scribit Ma. Statim *hoc* pro *ut qui* Bb. 7) Luc. 18, 14.

bitur et qui [8]) *humiliat se exaltabitur*, et ipse a patre exaltatus sit, quia se in terris sermo et virtus et sapientia [9]) dei patris humiliavit, quomodo potest extollentiam diligere qui et nobis humilitatem sua lege mandavit et ipse [10]) a patre amplissimum nomen praemio humilitatis accepit? Confessor est Christi, sed si non | postea blas- 202
phemetur [11]) per ipsum maiestas et dignitas Christi. Lingua Christum confessa non sit maledica [12]), non turbulenta, non conviciis et litibus perstrepens audiatur, non contra fratres et dei sacerdotes post verba laudis [13]) serpentis venena iaculetur. Ceterum si culpabilis et detestabilis [14]) postmodum fuerit, si confessionem suam mala conversatione prodegerit, si vitam suam turpi foeditate

8) *qui autem* Mb. Dein *se humiliat* Bb. Pronom. *se* om. Mb. Proxime *est* pro *sit* habet Bb. 9) *pacientia sive sapiencia* (sic) A. 10) *ipse* om. Mc. 11) *blasfemetur* W. Deinceps *per illum* edd. Daventr. et Grav., neque *per ipsum* neque *per illum* est in rell. vett. editis, item in Remb. atque Erasm. Tum *magestas* exhibet Ma c. edd. SP. Venet. 1. et Kunn., *magiestas* Venet. 2. 12. *maledicta* Bb et A. Statim *non sit turbulenta* edd. ante Manut. omnes, *non.* *con.* *turbulenta* (*con.* ab al. m. superscr.) Mb, *non turbolenta* Ma. 13) Ver. addit *et confessionis* probante Rigaltio. Tum *venena serpentis* scribit Bb, *vena s.* A. 14) *et detestabilis* om. Ver. Post *detestabilis* in Mb superscriptum *vita*. In seqq. *si confessionis suae malam conversationem prodiderit* inepte exhibet Mb. *Prodiderit* in hoc libro enatum videtur e *prodegerit*, quod primus invexit Pamelius, quem merito secuti sunt editores posteriores. Hanc enim lectionem egregie confirmant codd. Ver. W. Ma. Ba et sexdecim Baluz., alteram vero in decem antiquis a Baluzio inventam ex nostris praeter Mb tantummodo praebent Bb et Md una cum exemplaribus ante Pamel. typis exscriptis. *Prodierit* dat Mc, *proderit* A. Deinde *fidelitate maculetur* (sic) A. Post *ecclesiam denique* ex Ver. inseruimus *ipsam* auctore Rigaltio. Paulo post A scribit *vitam primam* pro *fidem primam*. Tum *posterio*^{ri} (*ri* ab al. m. addito) habet Ma.

maculaverit, si ecclesiam denique ipsam, ubi confessor factus est, derelinquens et unitatis concordiam scindens, fidem primam perfidia posteriore mutaverit [15]), blandiri sibi per confessionem non potest, quasi electus ad gloriae praemium, quando ex hoc ipso magis creverint merita poenarum.

XX.

Nam et Iudam [1]) inter apostolos dominus elegit, et tamen dominum Iudas postmodum prodidit. Non tamen idcirco [2]) apostolorum fides et firmitas cecidit, quia proditor Iudas ab eorum societate defecit. Sic et hic non statim confessorum sanctitas et dignitas conminuta est, quia quorundam fides fracta [3]) est. Beatus apostolus [4]) loquitur in epistola sua dicens [5]): *Quid enim si exciderunt a fide quidam illorum* [6]), *numquid infidelitas illo-*

---

15) *mutuaverit* Ba. Quod inter *quasi* et *electus* primus ex Ms. interposuit Pamelius verbum auxil. *sit* codd. nostri omnes, itemque Italici recte omittunt. In seqq. pro *merita* Bb pessime scribit *praemia*.

XX. 1) *Iuda*^{m} W. Praeposit. *inter* ab al. m. supra lin. habet Mc. Mox *Iudas dominum postmodum* dat Bb, *Iudas postmodum dominum* Ba, *dominum postmodum Iudas* Mb. Deinde *prodidit* a m. pr., a sec. *tradidit* Mb; *tradidit* W. Ma. Ba et quattuor Vat. 2) *iccirco* Manut. Pamel. Rigalt. Oxon. Tum *firmitas et fides* W. Mabcd. Ba. A. Statim *decidit* Mb. 3) *facta* A et pr. Mb. 4) Ita pro *beatus Paulus apostolus*, uti legitur ap. Baluz. et Goldh., codd. W. Mabcd. B et rell. edd. praeter Gravianam, in qua *apostolus* mutatum est in *Paulus*; *beatus apostolus Paulus* exhibent Ver. et Ba. Sed nomen *Paulus*, ut passim in Nostri scriptis, ex glossemate additum est. Tum *loquitur in epistula* (sic W et Mb) *sua* pro *in epistola sua loquitur* W. Mabcd. Ba et A. 5) Rom. 3, 3—4. 6) *exciderit a fidem quidem* (sic librarii ignorantia et oscitantia) *eorum* A. Verba *a fide* ab al. m. habet W.

rum fidem dei evacuavit? Absit. Est enim deus verax, omnis autem homo mendax. Stat [7]) confessorum pars maior et melior in fidei suae robore et in legis ac disciplinae dominicae veritate, nec ab ecclesiae pace discedunt qui se in ecclesia gratiam consecutos de dei dignatione meminerunt, atque [8]) hoc ipso ampliorem consecuntur fidei suae laudem, quod ab eorum perfidia segregati, quibus iuncti confessionis consortio fuerunt, a contagio criminis recesserunt, vero inluminati evangelii lumine, pura et candida domini luce radiati, tam sunt in conservanda Christi pace laudabiles, quam fuerunt in diaboli congressione victores.

XXI.

Opto [1]) equidem, dilectissimi fratres, et consulo pariter et suadeo, ut, si fieri potest, nemo de fratribus

---

7) *Stat autem* Ba. Idem *et fidei* pro *in fidei*. Praeposit. *in* om. Bb. Post *robore* in Ba repetitur *stat*. Deinceps partic. *et* (*ac* scribit A) defit in Mc. Quod subsequitur *in* omissum est in Ver., erasum in Mb. Idem liber Monac. pro *veritate* ponit *memores*. Paulo post *consequutos* Md. 8) Ita Ver. ap. Rigalt. (in Gotting. libro de h. l. altum silentium est) W. Mabd. Bab. A et pr. Mc c. edd. Baluz. atque Goldh., *atqui* exemplaria ante Baluz. edita. Dein Ver. *hoc ipso maiorem — fidei suae laudem, immo ampliorem*. Scripturam *consecuntur* recepimus e W. Mabc. Ba et A, itemque edd. vett., si Daventriensem excipias. Sic enim passim *persecuntur, secuntur, locuntur, eculeus* Cypriani codd. antiquiores, immo et recentiorum unus et alter. Conf. Sillig. Praef. ad Plin. nat. hist. Pag. LXXII. Pro *quod* A *quo*. Tum *segregat* W et Ma. Statim *quibus* pro vulg. *qui* recte Ver. c. A. Deinde *vincti* Md. Mox *a contagione* Ma et Ba. Paulo post *illuminati vero* et *luce domini* A. In seqq. *sunt* r. m. addidit in Mb. Infra *quam diaboli fuerunt* (*fuerant* A) *in congressione victores* Bb.

XXI. 1) *Hortor* Ver. Tum *quidem* A. In clausula *sinum* (pro *unum*) *gremio suo gaudens* a m. pr., a sec. *sinu gremii sui gaud.*

pereat et consentientis populi corpus unum gremio suo gaudens mater includat. Si tamen quosdam [2]) schismatum duces et dissensionis auctores in caeca et obstinata dementia permanentes non potuerit ad salutis viam consilium salubre revocare; ceteri tamen, vel [3]) simplicitate capti, vel errore inducti, vel aliqua fallentis astutiae calliditate decepti, a fallaciae vos laqueis solvite, vagantes gressus [4]) ab erroribus liberate, iter rectum viae caelestis adgnoscite. Contestantis apostoli vox est [5]): *Praecipimus vobis*, inquit [6]), *in nomine domini Iesu Christi ut recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinate et non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis.* Et iterum dicit [7]): *Nemo vos decipiat inanibus verbis. Propterea enim venit ira dei super filios contumaciae. Nolite ergo esse participes eorum.* Recedendum est a delinquentibus [8]), vel immo fugiendum, ne,

(in ras.) Mb; *gaud. gremio suo* Bb. Deest *gaudens* in edd. vett. Tum *includit* pr. fuit in Mc. 2) *quosdam* a r. m. in mg. habet Mc. Mox *dissensionum* scribit Bb. Dein *et* in ed. Daventr. intercidit. In seqq. *consilio salubri* (in ras.) Mb et pr. Mc. 3) *Ceterum vel* A. 4) *gressum* Bb. Mox *adgnoscite* pro vulg. *agnoscite* W et Ma. Cf. ad Cap. VIII. n. 5. 5) *est* om. A. Vid. 2. Thess. 3, 6. 6) *inquit* abest a W et Ma, *inquit, vobis* invers. ord. habent Mb et A. Dein Mbd. Bb. A et edd. Manut. atque posteriores scribunt *domini nostri.* Sed W. Mac. Ba et tres Neap. c. edd. vetustioribus *nostri* om., itemque in Epist. LV. p. 89. Md et edd. Manut. ceteraeque recentiores excepta Morell., quae, ut libri ante Manut. typis exscripti et codd. Mb ac Ba, *nostri* agnoscit. Pari modo in Graeco textu huius loci Paulini pronomen ἡμῶν, quod secluserant editores Berolinenses, Tischendorfius omittendum censuit. Tum *ihesu* habet ed. Daventr. Mox voc. *fratribus* deest in W. Ma et Ba, itemque *et* in Mb. 7) Ephes. 5, 6. 8) *a relinquentibus* Neap. Quod sequitur *vel* erasum est in Mb. Idem pr. habebat *refugiendum.* Dein voculas *ne*, *dum* ibidem r. m. supra lin. addidit, *nec, dum qui* scribit A. Mox part. *et* in Mc r. m. inter vers.

dum quis male ambulantibus iungitur et per itinera erroris et criminis graditur, a via veri itineris exerrans, pari crimine et ipse teneatur. Unus deus [9]) est, et Christus unus, et una ecclesia eius, et fides una, et plebs una in solidam corporis firmitatem concordiae glutino copulata. Scindi unitas non potest, nec corpus unum discidio [10]) conpaginis separari, divulsis laceratione visceribus in frusta discerpi. Quicquid [11]) a matrice discesserit, seorsum vivere et spirare non poterit, substantiam salutis amittit [12]).

XXII.

Monet nos spiritus sanctus et dicit [1]): *Quis est homo qui vult vitam et amat videre* [2]) *dies optimos? Contine*

---

supplevit. Tum *perit, itinera* (sic) exhibet Ma, *per iter* Mb. Deinde hic liber pro *veri*, quod deest in A, dat *veritatis* seq. voc. *itineris* deleto. Proxime *pari* in A corruptum est in *pars*. 9) Ita pro *deus unus* codd. W. Mabcd et Bab c. edd. Pamel. antecedentibus. Deinceps *unus et Christus* Mb. Seq. *et* in eodem libro r. m. adiecit. Tum pessime scribitur in Bb *et fides una plebs in solida corporis unitate*. Post voc. *plebs* om. *una* codd. W. Macd et Ba, sicut vulgati libri ante Baluz. At Ver. Mb. A et tres Oxon. exhibent *plebs una*. Goldhornius autem voc. *una*, quod tacite invexerat Baluzius, ut suspectum expunxit. Dein pro vulg. *unitatem* e Ver. recepi *firmitatem*, quod placuit iam Rigaltio. Mox inverso verborum ordine in Bb legitur *copulata glutino*. De loquendi usu vid. Epist. LXVII. p. 116. 10) *discidio* edd. Grav. Manut. Morell; correxit tamen vir doct. in Gotting. libro *discidio*. Tum *nec divulsis* Ver. Voss. 1. 3. et e corr. r. m. Mb. consentiente ed. Daventr. 11) *Quidquid* Mbd, *quodquid* ed. Daventr. 12) *nec subt. sal. admittit* Bb.

XXII. 1) *Monet nos in psalmis spiritus sanctus* Ver. in Gotting. libro, ap. Rigalt. autem et Oxon. *monet nos spiritus sanct. in psalmis*; contra *spirit. sanct. monet et dicet* Mb. *Nos* id. lib. et Md om. Vid. Psalm. 33, 13. 2) *et cupit videre* Mb. Mox *dies* om. A.

linguam tuam a malo et labia tua, ne loquantur insidiose [3]). *Declina* [4]) *a malo et fac bonum, quaere pacem et sequere eam.* Pacem quaerere debet [5]) et sequi filius pacis, a dissensionis malo continere lin|guam suam debet 203
qui novit et diligit vinculum caritatis [6]). Inter sua divina mandata [7]) et magisteria salutaria passioni iam proximus dominus addidit dicens [8]): *Pacem dimitto vobis* [9]), *pacem meam do vobis.* Hanc nobis hereditatem [10]) dedit, dona omnia suae pollicitationis et praemia in pacis conservatione promisit [11]). Si coheredes Christi [12]) sumus, in Christi

Tum *bonos* dat Bb c. Md. 3) *loquatur* A. Idem et Mb *dolum* pro *insidiose*, cod. Compendiensis notante Baluzio *dolose*, quattuor alii ab eo collati *dolum*, Burgundicus *iniquitatem*, Eligianus *mendacium*. 4) *Deverte* a m. pr., a sec. *diverte* Mb. Mox *inquire pacem* id. lib. c. Bb. Dein *consequere* Ver. 5) *debet* om. Mc. 6) *vinculum pacis* Bb. 7) „Rectiùs in Veronensi: *Inter sua denique mandata.*“ *Rigaltius.* — Tum *passionis* Ma et pr. Mb. 8) Ioann. 14, 27. 9) *Pacem meam* Ba. Dein *vobis dimitto* codd. nostri Germanici omnes; de Italicis siletur. In testim. adv. Iud. III. 3. p. 304, ubi vulg. legitur: *vobis remitto,* Cod. W. habet: *Pacem meam vobis dimitto.* 10) Addit ed. Manut. *Christus* invitis codd. nostris, Baluzianis et Neap. atque Vat. omnibus, item vett. editis. Part. *et* ante *praemia* r. m. superscripsit in Mb. 11) *promissione conservatione promisit* A, *conversatione* Mc. 12) Adnotat *Baluzius:* „Fatendum est maiorem veterum librorum partem habere simpliciter *heredes* et lectionem, quam ego retineo, exstare in septem tantum et in vetustis editionibus, inter quas pono Morellianam. Quamvis vero maior veterum librorum pars habeat *heredes*, ego aliam lectionem praefero, quia in capite octavo epistolae Pauli ad Romanos, ex qua sumptus est hic locus, legitur: *Si autem filii et heredes, heredes quidem dei, coheredes autem Christi.* Sic etiam refertur hic locus epist. 56. p. 90 et epist. 81. p. 164 et in epistola ad Fortunatum de exhortatione martyrii cap. 2. [immo 8.] et lib. 3. testimoniorum cap. 16.“ *Coheredes* habent tres Neap. Md et e corr. Mb, *heredes* W. Mac. Bab. A et pr. Mb. Tum *in pace Christi maneamus* Bb, *in Chr. p. manemus* A, *in Chr. pacem abeamus* Corbeiensis ap. Rigalt.

pace maneamus; si filii dei sumus, pacifici esse debemus. *Beati,* inquit [13]), *pacifici, quoniam ipsi* [14]) *filii dei vocabuntur.* Pacificos esse oportet [15]) dei filios, corde mites, sermone simplices, adfectione concordes, fideliter sibi unanimitatis nexibus cohaerentes. Haec unanimitas sub apostolis olim fuit. Sic novus credentium populus domini mandata custodiens caritatem suam tenuit. Probat scriptura divina [16]), quae dicit [17]): *Turba autem* [18]) *eorum, qui crediderant, anima et mente una agebant.* Et iterum [19]): *Et erant perseverantes omnes* [20]) *unanimes in oratione cum mulieribus et Maria, quae fuerat* [21]) *mater Iesu et fratribus eius.* Et ideo [22]) efficacibus precibus orabant,

---

13) Matth. 5, 9. 14) *quia ipsi* Mb. Dein *vocantur* pr. W. 15) *esse nos oportet* Mb, *oportet esse* Bb. In seqq. *concordes, fidei stabiles* Ba, *fide stabiles* Lincoln. ap. Oxon. Statim *filii* pro *sibi* A. 16) *divina*, quod e Ms. primus adiecit Pamelius, omittunt quidem codd. W. Macd. Bb et A; sed tuentur non solum libri Ver. Mb atque Ba, sed etiam Cypriani loquendi usus. Vid. de orat. dom. p. 212, ubi eadem verba leguntur. Ibid. p. 205 habet: *Declarat scriptura divina, quae dicit.* Epist. LXII. p. 103: — *testatur scriptura divina, quae dicit.* De mortalitate p. 231: *Docet et praemonet scriptura divina dicens.* Conf. Epist. LXIII. p. 105 et 108. 17) Act. 4, 32. 18) *autem* om. Mc. Mox idem habet *crediderunt*, tum *animo* scribitur in Bb. Dein *ac mente* in W et Mabcd. 19) Act. 1, 14. 20) *omnes* abest a tribus Vat. itemque ab edd. Manutianam antecedentibus. Tum *in orationibus* dat Bb. 21) *fuit* et hic et de orat. domin. p. 206 exhibet A. Ita Pamelius utroque loco ex uno cod. Cambr. scripserat eumque temere secuti sunt Rigaltius et Oxonienses. Ceterum hanc lectionem Baluzius non reperit, nisi in cod. Remensi sancti Dionysii. Tum *ihesu* habet ed. Daventr., ut supra. 22) *Et ideo quia* Baluz. contra codicum et superiorum editionum fidem. Pro *precibus* in A legitur *orationibus*, deinceps in duobus Italicis *orantes deum imp.* et *adeo* pro *ideo* in A. Mox *dei* pro vulg. *domini* receptum e codd. Ver. W. Mabc. Ba. A.

ideo inpetrare cum fiducia poterant quodcumque de dei mericordia postulabant.

XXIII.

In nobis vero sic unanimitas [1]) deminuta est, ut et largitas operationis infracta est. Domos tunc et fundos venundabant [2]) et thesauros sibi in caelo reponentes distribuenda in usus indigentium pretia apostolis offerebant. At nunc de patrimonio nec decimas damus, et, cum vendere iubeat dominus, emimus potius et augemus. Sic in nobis emarcuit [3]) vigor fidei, sic credentium robur elanguit. Et idcirco [4]) dominus tempora nostra respiciens in evangelio suo dicit [5]): *Filius hominis* [6]) *cum venerit, putas, inveniet fidem in terra?* Videmus fieri [7]) quod ille praedixit. In dei timore [8]), in lege iustitiae, in dilectione, in opere fides nulla est. Nemo futurorum metum cogitat, diem domini [9]), et iram dei, et incredulis ventura supplicia, et statuta perfidis aeterna tormenta nemo con-

XXIII. 1) *In vobis sit vera unanimitas* A. Tum *deminuta* recte W. Ma et Ba. Vulg. *diminuta*. *Est* et h. l. et in seqq. om. A. Post *ut* abest part. *et* a cod. Ver. (teste Rigaltio) et ed. Manut. Sed vir doct. in Gotting. libro corr. *ut et*. Mox *est* praeter A om. etiam Ver. et duo Vat.; Mb habet *sit* in ras., nec aliter legitur in edd. Daventr. et Grav. 2) Ita Mab et Bab, item edd. excepta Remb. omnes; *venumdabant* W. Mcd et A. Proxime *thesauros* (*n* ab al. m. superscr.) W. 3) *in vobis emercuit* A. 4) *iccirco* Manut. Tum *nostra* om. A. 5) Luc. 18, 8. 6) *Filius hominis, inquit* Mb. Dein *quoniam venerit* A. 7) *fieri etiam* Mb. Tum *illis* A. Statim *praecepit* (superscripto a sec. m. *praedixit*) Mb. 8) *In timore dei* Bb. Mox *et in dilectione, et in opere* A. 9) *metum, nemo cogitat diem domini* Bb, *metum cogitat, nemo cogitat diem domini* A. Verba *et iram dei* om. Bb. Deinde *incredulus venturus* (sic) A. Paulo post *tormenta aeterna* id. lib.

siderat. Quod [10]) metueret conscientia nostra, si crederet [11]). Quia non credit [12]), omnino nec metuit. Si autem crederet, et caveret; si caveret [13]), et evaderet.

XXIV.

Excitemus nos quantum possumus [1]), dilectissimi fratres, et somno inertiae veteris abrupto ad observanda et gerenda domini praecepta vigilemus. Simus tales, quales esse nos ipse [2]) praecepit dicens [3]): *Sint lumbi vestri adcincti* [4]) *et lucernae ardentes, et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum, quando veniat a nuptiis, ut, cum venerit et pulsaverit, aperiant ei. Beati servi illi* [5]), *quos adveniens dominus invenerit vigilantes.* Adcinctos nos [6]) esse oportet,

---

10) *quicquid* W. Ma et Bab, *quidquid* Benevent., *quodquid* A, item pr. Mb, nunc *quod quidem.* Mc *quod* e corr. habet, Ver. *quae.* Tum *meruit* A. 11) Verba *crederet — — — Si autem* desunt in Ba. 12) *credidit* W, *crediderit* A. Dein distinxi c. W, *omnino* cum seqq. iungens. 13) *et si caveret* Ma, *si autem caveret* Mb. Dein *et* insertum ex Ver. Mb. Bab. A et tribus Angl.

XXIV. 1) *possum* pr. Mc. Mox *sompno* ed. Daventr., *sompno inhercie* A. Tum *dei praecepta* Ba. 2) *ipse nos esse* Ver., *esse* om. Ba, *esse nos* A, *nos esse* pr. scriptum fuit in Md. Dein *praecipit* habet Mc. 3) Luc. 12, 35. 4) *praecincti* Mad et A. Adduntur ad *ardentes* verba *in manibus vestris*, quae merum glossema sapiunt, in A, et (a r. m. inter vers.) in Mb, item in edd. Grav. atque Baluz. Mox *exspectantibus* om. Bb. Pro *veniat* A scribit *veniet.* Deinde *ad nuptias* Mc et paulo post *aperient* A. 5) *illi* perperam om. cod. Mb et edd. Baluz. atque Goldh. 6) *vos* A. Tum *expeditionibus* Ba. Proxime *impeditos nos* habet ed. Pamel., et ita posthac scripserunt Rigalt., Oxon., Baluz. (in textu) et Goldh. Sed *nos*, quod Baluzius in tribus tantum exemplaribus reperit et liber Ver. post *inplicitos* inserit, codd. nostri omnes, itemque edd. Pamelianam antecedentes recte omittunt, delevitque etiam Gallicus editor in notis.

ne, cum expeditionis dies venerit, inpeditos et inplicitos adprehendat. Luceat in [7]) bonis operibus nostrum lumen et fulgeat, ut ipsum nos ad lucem claritatis aeternae de hac saeculi nocte perducat. Exspectemus [8]) solliciti semper et cauti adventum domini repentinum, ut, quando ille pulsaverit, evigilet fides nostra, vigilantiae praemium de domino receptura. Si haec mandata serventur, si haec monita et [9]) praecepta teneantur, opprimi dormientes diabolo fallente non possumus. Servi vigiles [10]) Christo dominante regnabimus.

7) *Luceat in nobis* Bb. Dein idem liber *lumen nostrum*, A *lumen vestrum*. Statim *et refulgeat* moxque *ipse — ad lumen* idem A. 8) *Et expectemus* Mb. In seqq. *ut* e corr. inter vers. habet Mc. Proxime *vigilet* Mb et Bb. Deinceps *et fides nostra* Ma. 9) *et* ab al. m. superscriptum in W. Mox *diabulo* Mb. 10) Ba non ante, sed post *servi vigiles* distinguit.

DE

LAPSIS *).

I.

Pax ecce, dilectissimi fratres, ecclesiae reddita est, 181
et quod difficile [1]) nuper incredulis ac perfidis inpossibile
videbatur, ope atque ultione divina securitas nostra re-
parata est. In laetitiam mentes redeunt, et tempestate
pressurae [2]) ac nube discussa tranquillitas ac serenitas
refulserunt. Dandae laudes deo, et beneficia [3]) eius ac
munera cum gratiarum actione celebranda, quamvis agere
gratias nostra vox nec in persecutione cessaverit [4]). Ne-
que enim tantum inimico licere [5]) potest, ut non qui
deum [6]) corde toto et anima et virtute diligimus, bene-
dictiones eius et laudes semper et ubique cum gloria

*) *INCIPIT DE LABSIS* habet W. *INCIPIT DE LAPSIS FELICITER* Seguier. ap. *Montfauc.* Bibliothec. Coislin., olim Seguier. p. 241. *INCIPIT DE LAPSIS* dant Mbcd et Bab. *Epistola tertia de pace et paciencia virorum sanctorum* scribit A.

I. 1) *difficile* om. Bb. 2) *pressa* ed. Daventr., *repressa* A. Deinde *ac nube et caligine* unus cod. Reg. et Moyssiac. ap. Baluz., item edd. Pamel. Rigalt. atque Oxon. 3) *ac beneficia* A. 4) *cessare debebit* e corr. r. m. Mb. 5) *licere inimico* Mb. 6) Ita Ver. W et Mb. Vulg. *dominum*. Dein *corde toto* pro *toto corde* W et Mabc c. vett. edd. et Morell., *corde toto corde* (sic) Ba. Mox *animo* A.

praedicemus. Exoptatus [7]) votis omnium dies venit, et post longae noctis horribilem taetramque caliginem domini [8]) luce radiatus mundus eluxit. Confessores praeconio boni nominis claros et [9]) virtutis ac fidei laudibus gloriosos laetis conspectibus intuemur, sanctis osculis adhaerentes, desideratos diu inexplebili cupiditate conplectimur. Adest militum Christi [10]) cohors candida, qui persecutionis urgentis ferociam turbulentam stabili congressione fregerunt [11]), parati ad patientiam carceris, armati ad tolerantiam mortis. Repugnastis [12]) fortiter saeculo, spectaculum gloriosum praebuistis deo, secuturis fratribus fuistis exemplo. Religiosa [13]) vox Christum locuta est, in quem se semel credidisse confessa est. Inlustres manus, quae non nisi [14]) divinis operibus adsueverant, sacrificiis sacrilegis restiterunt. Sanctificata ora caelestibus cibis post corpus et sanguinem domini [15])

---

7) *Exoptatis* Ma. A et pr. Mb. Tum *vocibus et votis* cod. Fuxens. Deinceps *omnibus* edd. antiquae c. Rembolt. Erasm. et Grav., quarum novissima in mg. habet *omnium*. Mendose *veni* A. 8) *dei* Md et a r. m. Mc, itemque edd. vett. Erasm. et Grav. Statim *mundo* A. Idem c. Bb *illuxit*. 9) *et* om. Mac. Dein W et Mac exhibent *virtutibus*. Verba *sanctis osculis adhaerentes — — —conplectimur* desunt in A. Pro *osculis* Ma et Bab dant *oculis*, item primo scriptum fuit in Mc. Tum *desiderantes* habet Bb. 10) *Christi* om. A. Mox *urgentis* (*urguentis* scribit Bb) in Mc corruptum est in *surgentis*. 11) *fregere* (*runt* a r. m. superscr.) Bb, *fecerunt* Ba. Dein *parata* — — *armata* A; *armati* om. Ma. 12) *Repugnantes* Bb. Pro *deo* W et Mac exhibent *domino*. Tum male *secuturi* pr. Mc. 13) *Relegiosa* Ma et pr. Mb. Proxime *Christi* Mc. In seqq. pronom. *se* r. m. superscripsit in Mc. 14) *quae se non nisi* Mc. Mox *asseverant* A. Statim *sacrificiis ac sacrilegiis* Bab et pr. Mc una cum septem libris vett. ap. Baluz. et quattuor Angl. 15) *sanguinem Christi* A.

profana contagia et idolorum reliquias respuerunt. Ab impio [16]) sceleratoque velamine, quo illic velabantur sacrificantium capita captiva, caput vestrum liberum mansit. Frons cum signo dei [17]) pura diaboli coronam ferre non potuit, coronae se domini reservavit.

II.

Quam vos [1]) laeto sinu excipit mater Ecclesia de praelio revertentes! Quam beata [2]), quam gaudens portas suas aperit, ut adunatis agminibus intretis, de hoste prostrato tropaea referentes! Cum triumphantibus viris et [3]) feminae veniunt, quae cum saeculo sexum quoque vicerunt. Veniunt et geminata [4]) militiae suae gloria virgines

---

16) *Et ab impio* Mc. Tum *scelerato vel.* A. Pro *illic* Mc dat *illi.* Mendose *velebant sacrificium* A, *sacrifitium* pr. Mc. Idem pro *vestrum* pr. ~~nrm~~. 17) *Frons signo* Mc. Verba *cum signo dei* om. Ma. Pro *reservavit* in Md est *servavit*, in duobus vett. a Baluzio *excussis mancipavit.*

II. 1) *vos vos* pr. Mc, *vero* Md. Tum *laeta* Baluz., item pr. Mc, *vitiose letu* (sic, cruce supra u posita) A, *laetos in sinum* Bb *et exemplar* Grav., *laetos in sinum suum* Morell., *laeto sinu* recte W. Mabe *et* Ba *c. edd. vett.*, item Remb. Erasm. Manut. Pamel. Rigalt. et Oxon., *sinu suo* Baluz., *suo* in Mc erasum. 2) *Quam beata* om. A, *quam leta* habet ed. Daventr. Tum *felix* (superscr. *vel gaudens*) *Bā.* Mox *suas* deest in A. Verb. *aperit* ab al. m. superscriptum in W. Pro *intretis* Bb dat *integris.* Mox *trophea* Macd. Bab *et* A *c. edd. antiqq.*, *trophaea* Erasm. ceteraeque una cum Baluz. *et* Goldh., *tropea* W et pr. Mb, in quo al. m. superscripsit *h.* 3) *et om.* A. Mox vulg. legitur *cum saeculo dimicantes.* At *dimicantes*, *ut ed.* Morell., om. codd. W. Mab. Bab. A et undecim Anglici, *item* Italici omnes praeter unum Vat., quocum facit Md. Ab r. m. *in mg.* habet Mc. Tum *vicerunt quoque* scribit Md. 4) *et cum geminata* ed. Daventr. Mox *amicos suos* A. Dein *continentiae virtutibus* cum uno cod. Reg. et Moyssiac. dat W, eandemque lectionem, quam cum Grav. ex Ms. et vet. exc. [i. e. ed. Daventr.] adiecerat

et pueri annos suos virtutibus transeuntes, nec non et cetera stantium [5]) multitudo vestram gloriam sequitur, proximis et paene coniunctis laudis insignibus vestigia vestra comitatur. Eadem et in illis sinceritas cordis, eadem fidei tenacis [6]) integritas. Inconcussis praeceptorum caelestium [7]) radicibus | nixos et evangelicis traditionibus 182 roboratos non praescripta exsilia, non destinata tormenta, non rei familiaris ablatio, non corporis supplicia terruerunt. Explorandae [8]) fidei praefiniebantur dies. Sed qui

Pamelius, Latinus Latinius et Baluzius merito refutarunt. 5) *tota* pro *cetera* Grav.; *circumstantium* codd. Seguier., Gratianopolit., recentior Victorinus, quattuor Ital., in quibus unus Vat. Md et quattuor Angl.; *circumstantium cetera* edd. vett., item Remb. atque Erasm.; *adstantium* cod. Lamonianus. Tum *prospimis* A, *proximus* operarum errore ed. Manut. Dein *cunctis laudibus insignibus* Md, *laudis* in contextu, in mg. *laudibus* (ab al. m.) W, *laudibus et insignibus* Ma, *et insignibus* etiam A. In Mb ante *vestigia* irrepsit *ei*. Idem pr. habebat *comitantur*. 6) *tenacis* (vel *renatis* a r. m. superscr.) Md. 7) *caelestium praeceptorum* Bb. Tum *nexos* idem liber, *vivis* A. Part. *et* om. Mc. Mox *exilio* A. Paulo post in eodem libro legitur *rei* (om. v. *familiaris*) *et corporis supplicia*, in W. Mabd. Bb *rei famil. et corporis supplicia*, itemque in antiquis edd., excepta tamen Daventr., ubi exstat *non rei famil. dampna non corporis supplicia*; in Ba *rei famil. suppl.* Erasmus ex ed. Daventr. adscivit *rei familiaris damna*, idque probaverunt editores posteriores omnes. „Vox *damna*“, ait *Baluzius*, „deest in antiquis editionibus et in tredecim libris veteribus. Erasmus adiecit. Non reperi autem illam, nisi in quinque codicibus. Retinui tamen, quia videtur necessaria.“ Ex Italicis codd. nihil enotatum. Sed veram lectionem esse puto *ablatio*, quod exhibet cod. Mc. Sumpsit auctor noster hoc vocabulum, ut opinor, ex *Tertulliani*, magistri sui, L. IV. c. 19. adversus Marcion., ubi haec sunt: *Quoque tamen nomine comminatur ablationem.* Eodem usus est *Hieronymus* adversus Iovinian. L. II. c. 11. init. Unde illam lectionem in textum recipere non dubitavi. Statim idem liber Mc scribit *et* pro *non*. 8) Ita sexdecim vett. exemplaria a Baluzio excussa, ita etiam nostra;

saeculo renuntiasse se [9]) meminit, nullum saeculi diem novit, nec tempora terrena iam conputat qui aeternitatem de deo sperat. Nemo, fratres [10]), nemo hanc gloriam mutilet, nemo incorruptam stantium firmitatem maligna obtrectatione debilitet. Cum dies negantibus praestitutus excessit, quisquis [11]) professus intra diem non est Christianum se esse confessus est. Primus est victoriae [12]) titulus, gentilium manibus adprehensum dominum confiteri. Secundus [13]) ad gloriam gradus est, cauta secessione subtractum domino reservari. Illa publica [14]), haec privata confessio est; ille iudicem saeculi vincit [15]), hic contentus deo suo iudice conscientiam puram cordis integritate [16]) custodit; illic fortitudo promptior [17]), hic sollicitudo se-

expugnandae habet cod. Remensis S. Dionysii. Post *explorandae* in Mb male repetuntur vocc. *rei familiaris*. Dein *praefigebantur* cod. Remens., *praenuntiabantur* cod. Burgundicus, *pretimebantur* (l. *praetim.*) ed. pr., *pertim.* Venet. 1. 2. Kunn. et Remb. 9) *se renunciasse* proximeque *nulli* A. In seqq. omisso *iam* idem scribit *qui computat qui* et pro *qui* Mb *quia*. 10) Vulg. *fratres dilectissimi*. Verum *dilectissimi*, quod in Mb r. m. superscripsit, abest a codd. W. Mad et A, item ab edd. Manutianam antecedentibus. Quare expunxi. Noster Cap. III.: *Doleo, fratres, doleo vobiscum*. Conf. Cap. IX. XXIV. XXVII. et XXVIII. Additum tamen v. *dilectissimi* in simili loco Cap. XVII. Verba proxima *nemo hanc gloriam* desunt in A. Idem liber deinceps perperam scribit *mucilet*, Md *milicie* supra lin. notato ab r. m.: vel *mutilet*. Paulo post *malgna obtrunctatione* (sic) A. 11) *quisque* W. Mac. Ba, A et edd. SP. Venet. 1. Daventr. Kunn. Cf. ad libr. de cath. eccl. unit. Cap. V. n. 5 et 10. Dein *est* post *non* erasum in Mb. 12) *victoria* Md. In clausula *deum conf.* W, *domino confit.* Mb et Ba. 13) Hoc enuntiatum deest in A. Voc. *gloriam* supra lin. a corr. m. habet Md. Tum *secessione* in Mb a r. m. corruptum in *successione*.

14) *pudica* (ex corr. r. m.) Ba, *puplica* W et Mab. Dein *et privata* Mc. Ante *confessio* irrepsit *domini* in Ma. 15) *vincet* W et pr. Ma. 16) *integritatem* Ma. 17) *promtior* idem liber. Statim

curior. Ille adpropinquante hora [18]) sua iam maturus inventus est, hic fortasse dilatus est qui patrimonio derelicto idcirco secessit, quia non erat negaturus; confiteretur utique, si fuisset et ipse detentus.

III.

Has martyrum caelestes [1]) coronas, has confessorum glorias spiritales, has stantium fratrum maximas eximiasque virtutes maestitia una contristat, quod avulsam [2]) nostrorum viscerum partem violentus inimicus populationis suae strage deiecit. Quid hoc loco [3]) faciam, dilectissimi fratres? Fluctuans vario mentis aestu quid aut quomodo dicam? Lacrimis magis, quam verbis opus est ad exprimendum dolorem, quo corporis nostri plaga deflenda [4]) est, quo populi aliquando numerosi multiplex lamentanda iactura est. Quis enim sic durus [5]) ac ferreus, quis sic fraternae caritatis oblitus, qui inter suorum multiformes ruinas et lugubres ac multo [6]) squalore deformes reliquias constitutus siccos oculos tenere praevaleat, nec erumpente statim fletu prius gemitus suos lacrimis quam voce de-

illic Mc. 18) *ora* Md. Post *dilatus* Mb om. *est*. Mox *iccirco* habet Md. Tum *decessit* A, *qui* pro *quia* Mb et pro *non erat* Md *noverat*.

III. 1) *caelestes* bis Bb. Mox *spirituales* Mc. Tum *astantium* Md. Deinde *maximas maximasque* Bb. 2) *avulsum* Ma. Infra *deiecit* in contextu, in mg. *vel detegit* W, *defecit* Ba. 3) *loco* ab al. m. supra lin. habet Mb. 4) *defluenda* Bb et pr. Mc. Mox *aliquando* om. Mb. Tum *factura* mendose Ba. 5) *durus sic* Md. Pro *aut ferreus* (ita codd. Mb et Bb c. edd. Morell. atque Baluz.) ex rell. libris scriptis et editis recepi *ac ferreus*. Addidit in Mb r. m. *est*. 6) *ac lugubres et multo* Ma, *aut multo* pr. Mb. Dein *squalores* Md. In seqq. *erumpentes* Mc. Mox *primus* Md et pr. Mb. Statim *gemitum suum* Bb.

promat? Doleo, fratres, doleo vobiscum, nec mihi ad leniendos dolores meos integritas propria et sanitas privata blanditur, quando plus pastor in gregis sui vulnere vulneretur [7]). Cum singulis pectus meum copulo, maeroris et funeris pondera luctuosa participo. Cum plangentibus plango, cum deflentibus [8]) defleo, cum iacentibus iacere me credo. Iaculis illis [9]) grassantis inimici mea simul membra percussa sunt, saevientes gladii per mea viscera transierunt. Inmunis [10]) et liber a persecutionis incursu fuisse non potest animus. In prostratis fratribus et me prostravit adfectus.

IV.

Habenda tamen est [1]), fratres dilectissimi, ratio veritatis, nec sic mentem debet et sensum persecutionis infestae tenebrosa caligo caecasse, ut nihil remanserit lucis et luminis, unde divina praecepta perspici possint. Si [2]) cladis causa cognoscitur, et medela vulneris invenitur. Dominus [3]) probari familiam suam voluit, et quia traditam

---

7) *vulneratur* Mb. 8) *flentibus* Mb. Tum *me iacere* A. 9) *Iaculae illae* Md. Dein *crassantis* Mac c. Ba. Proxime *membra simul* Md. Idem *viscera mea.* Voc. *viscera* om. A. 10) *Invitus* A. Tum praeposit. *a* in Mb r. m. supra lin. addidit. Pro *incursu* Mc habet *incursione*, Fuxens. *impetu.* Deinceps inverso verborum ordine Bb et Mc *non potest animus fuisse.*

IV. 1) *Habunda tantum* Md, *habenda est tamen* A. Paulo post *mentem debes* Md, *et sensum debet* alio ordine Mb. Deinde *infesta et tenebrosa* Mc. In clausula *possunt* Mc et pr. W. 2) *Sed* tres Ital. Tum *medella* W et Ma. Cf. Cap. XII. Tota haec sententia desideratur in A. 3) *Deus* Md et A. Statim *probare* Md cum libris ante Grav. editis, et e *probari* Mc. Inverso autem verborum ordine Mb *familiam suam probari voluit*, Bb *prob. voluit famil. s.* In seqq. cod. Mc c. ed. Baluz. habet *et pene, ut ita dixerim, dor-*

nobis divinitus disciplinam pax longa corruperat, iacentem fidem et, paene dixerim, dormientem censura caelestis erexit, cumque nos [4]) peccatis nostris amplius mereremur, clementissimus dominus sic cuncta moderatus est, ut hoc omne, quod gestum est, exploratio potius quam persecutio videretur. Studebant augendo patrimonio singuli, et obliti quid credentes aut sub apostolis ante fecissent aut semper facere deberent, insatiabili cupiditatis ardore ampliandis facultatibus incubabant. Non in sacerdotiis [5]) religio devota, non in ministeriis fides integra, non in operibus misericordia, non in moribus disciplina. Corrupta barba in viris, in feminis forma fucata [6]). Adulterati [7]) post dei | manus oculi, capilli mendacio colorati. Ad decipienda corda simplicium callidae [8]) fraudes, circumveniendis fratribus subdolae 183

---

mientem, Md *et ut pene dix. dorm. Ut* in Mb r. m. superscripsit. Rell. autem libri manu exarati et typis expressi voculas *ut ita* recte om. Pro *paene* in Ma legitur *bene*. 4) Abest *nos* a Mb et A. Deinceps *pro peccatis* exhibent tres Ital. et Md c. edd. vett., itemque Erasm. Grav. ac Morell., *pro peccatis* Mbc. Tum *pati mereremur* quattuor antiqui libri a Baluzio collati, tres Ital. et A, quibus accedunt edd. Erasm., Grav., in qua *pati* minutioribus litteris scriptum invenitur, atque Pamel. Recte abest *pati* ab rell. codd. nostris, octodecim Baluz. et quinque Angl., item ab antiquis edd. Excidit *est* post *moderatus* in A. Infra pro *videretur* Bb habet *videatur*. 5) Ita W. Ma. Ba et unus Ital. Vulg. *in sacerdotibus*. Mox *in ministeriis* pro *in ministris* W (ex corr. eiusdem m.). Mac, pr. Mb. Ba. A et duo libri vett. ap. Baluz. c. quinque Angl. Conspirant edd. vett., item Erasm. et Manut. probante Gronovio Observatt. in Scriptoribus eccles. p. 612. Dein verba *misericordia, non in moribus* desunt in A. 6) *pudica* (*fucata* ab r. m. superscr.) Mc, *fucata* corr. e *fugata* in Mb. 7) *Adulteratio* Ma. Proxime in eodem libro supra *manus* a r. m. scriptum est glossema *figmentum*. Mox Mc mendose habet *collorati* (pr. *colorati*), A *colerati*. 8) *callidet* (sic) A. Dein *fabulose voluntates* idem liber, *voluptates* Mb et Bb.

voluntates. Iungere cum infidelibus vinculum matrimonii, prostituere gentilibus [9]) membra Christi. Non iurare [10]) tantum temere, sed adhuc etiam peierare, praepositos superbo tumore contemnere, venenato sibi ore maledicere, odiis pertinacibus invicem dissidere. Episcopi plurimi, quos et hortamento [11]) esse oportet ceteris et exemplo, divina procuratione contempta procuratores rerum [12]) saecularium fieri, derelicta cathedra, plebe deserta per alienas provincias oberrantes, negotiationis quaestuosae nundinas aucupari, esurientibus in ecclesia fratribus habere argentum largiter velle, fundos insidiosis fraudibus rapere, usuris multiplicantibus fenus augere. Quid non perpeti tales pro peccatis eiusmodi mereremur [13]), cum iam pridem praemonuerit ac [14]) dixerit censura divina [15]): *Si dereliquerint* [16]) *legem meam et in iudiciis meis non ambulaverint, si iustificationes* [17]) *meas profanaverint et*

9) *gentibus* pr. Mb, *infidelibus* edd. vett. c. Rembolt. 10) *vitare* A. Tum idem c. Mc *peiorare*, Mb *periurare*. Dein *praepositos* om. Bb, *propositos* habet A. Statim *timore* Md, *tumore* ex em. Mc. In clausula *discedere* A. 11) *ornamento* Bb, *ortamento esse oporteret* A. 12) *regum* W. Ba. Mc. Sed W in mg. *rerum*. Mox *delicta* pr. W. In seqq. *ne cogitationis* (sic) Ba, *negotiationes* pr. Mb, *negotiarios qstuose* Md. Deinde post *fratribus* male inseruit Pamelius *non subvenire* ex cod. suo Cambron., in quo invenit etiam *nihil tribuere*, quod in Mb r. m. saec. XIII. inter vers. adiecit. Conf. Gronov. libr. c. p. 572. 13) *meremur* Ma c. edd. Erasm. antecedentibus, *mererentur* A. 14) *et* A. 15) Psalm. 88, 31—33. 16) *dereliquerint filii eius* A; in Mb r. m. adiecit *filii tui*; *dereliquerit* habet Md. Deinde in *viis meis* Mc. 17) *iustitias* codd. Bb et Md c. novem Baluzianis, sex Anglicis atque ed. Morell.; *meas* in Mc r. m. superscripsit. Pro *praecepta* A exhibet *mandata*. Quod sequitur *mea* om. W. Tum *servaverint* exstat in edd. Graviana antiquioribus et in Manutiana, lectionem autem *observaverint*, quam tenent exemplaria posthac typis excusa, tuentur codd. nostri omnes,

praecepta mea non observaverint, visitabo in virga facinora eorum et in flagellis delicta eorum. Praenuntiata sunt ista nobis [18]) et ante praedicta. Sed nos datae legis et [19]) observationis inmemores id egimus per nostra peccata, ut, dum domini mandata contemnimus, ad correctionem delicti et probationem fidei remediis severioribus veniremus. Nec saltem [20]) sero conversi ad domini timorem sumus, ut hanc correptionem nostram probationemque divinam patienter et fortiter subiremus.

V.

Ad prima statim verba minantis inimici maximus fratrum numerus fidem suam prodidit, nec prostratus est persecutionis inpetu, sed voluntario lapsu se [1]) ipse prostravit. Quid [2]), oro, inauditum, quid novum venerat, ut velut incognitis atque inopinatis rebus exortis Christi sacramentum temeritate praecipiti solveretur? Nonne haec

---

item Ver. et Neap. 18) *nobis quoque ista* Mb. 19) Coniunctionem om. A. Dein *id egimus immemores per peccata nostra* inverso ordine habet Mb. Proxime pro *dum* in A scribitur *quomodo*. Post vero *contempsimus* est in edd. Daventr. et Pamel., dein *ad correptionem delicti* in Mb. Bab et exemplari Morell. Tum *sevioribus* in Mb. Pro *veniremus* in ed. Manutianam operarum vitio irrepsit *ureremur*. 20) *saltim* W et Ma, *saltem* Mb. Mox *deum* pro *domini* Md. Tum *simus* A. Quod sequitur *ut* in W emendatum ex *et*. Dein Ma et A. c. edd. Manutiana antiquioribus exhibent *correctionem*. In clausula *et fortiter* om. edd. Gravianam antecedentes. Md, a quo abest *fortiter*, hoc vocab. a r. m. supra *patienter* additum habet.

V. 1) *se* a corr. m. superscriptum in W. 2) Omisit pr. m. in Mc. Dein *oro*, *mandatum* vitiose A. Mox *evenerat* Bb. Tum *velut* a m. pr., a r. *veluti* W, *veluti* Mbc. Ba et A. Proxime *ac inopinatis* Ma. Deinde *exhortis* Ba.

et prophetae ante et apostoli postmodum nuntiaverunt [3])? Nonne iustorum [4]) pressuras et gentilium semper iniurias pleni sancto spiritu praedicaverunt? Nonne fidem nostram semper armans [5]) et dei servos caelesti voce corroborans dicit scriptura divina [6]): *Dominum deum tuum adorabis et illi soli* [7]) *servies?* Nonne iram divinae indignationis ostendens et poenae metum praemonens [8]) denuo dicit: *Adoraverunt eos, quos fecerunt digiti eorum, et* [9]) *curvatus est homo, et humiliatus est vir; et non laxabo illis?* Et iterum deus [10]) loquitur dicens [11]): *Sacrificans diis eradicabitur* [12]), *nisi domino soli.* In evangelio quoque postmodum dominus [13]), in verbis doctor et consummator in factis, docens quid fieret et faciens quodcumque docuisset, quicquid [14]) nunc geritur et geretur non ante praemonuit? Nonne et negantibus aeterna supplicia et [15]) salutaria confitentibus praemia ante constituit?

3) *nunctiaverunt* A, *annuntiaverunt* Bb. Haec verba a cod. Md absunt. 4) *et iustorum* A. Mox *spiritu sancto* Bb et edd. Manutianam praecedentes c. Morell. 5) *amans* Ba. 6) *divina scriptura* Mc. Vid. Deut. 6, 13 et Matth. 4, 10. 7) *ipsi soli* Ver. 8) *praeponens* Bb et A. Dein *dicens* Md. Vid. Hesai. 2, 8—9. 9) Part. *et* om. Ba. Tum inverso ordine Bb habet *curvatus est vir et humiliatus est homo.* 10) Pro *deus*, quod a Bb abest, W et Ma scribunt *dominus.* 11) Exod. 22, 20. 12) *et eradicabitur* A. Deinde *deo soli* Md et edd. Manutiana antiquiores c. Morell., *soli deo* Bb. 13) *dominus* W a r. m. inter vers. habet. Post v. *doctor* idem om. coniunctionis partic. *et.* 14) *quidquid* Mb et A, *quicquic* Ma. Pro *nunc* Md scribit *est.* Defit *geritur* in A. Tum *gereretur* dant Ba et A. Deinde W *non*^{ne} *ante praemonuit* (*ne* ab r. m. adiecto)? Scribendum igitur *non* pro vulg. *nonne;* respondent enim sibi *non* et in seqq. *nonne*, ut Cap. VI. *nonne — non — non — non.* Vid. Ramshorn. Grammat. Lat. P. II. p. 704. Conf. ad librum de habitu virg. Cap. XIV. in fin. Male *nonne aut promonuit?* A. 15) *et* r. m. subiunxit in W. Equidem delendum censeo.

VI.

Exciderunt quibusdam, pro nefas [1])! omnia et de memoria recesserunt. Non exspectaverunt saltem [2]), ut ascenderent adprehensi, ut interrogari negarent. Ante aciem multi victi, sine [3]) congressione prostrati, nec hoc sibi reliquerunt, ut sacrificare idolis viderentur inviti. Ultro ad forum currere, ad mortem sponte properare, quasi hoc olim cuperent, quasi amplecterentur occasionem datam, quam libenter [4]) optassent. Quot [5]) illic a magistratibus vespera urgente dilati sunt, quot [6]), ne eorum differretur interitus, et rogaverunt? Quam vim potest talis obtendere [7]), qua crimen suum purget, cum vim

---

VI. 1) Ita W. Mabd et Bab c. edd. Manut. Morell. Pamel. Rigalt. Oxon. Goldhorn., *pro nephas* A et in quo haec vocc. parenthesibus sunt inclusa, Mc, *proh nefas* Remb. Grav. Baluz., *proh nephas* edd. pr. et Erasm. Cf. ad Cap. VIII. n. 1. et ad librum de habitu virg. Cap. XIII. n. 6. — *omnia* om. A. 2) *saltem* Mb, *saltim* W et Ma, ut supra. Dein *ut interrogati negarent, ut tus accenderent apprehensi* invitis codd. nostris, item Ver. et uno Vat. veteribusque libris editis exhibent Erasm. Grav. Manut. Pamel. Rigalt. Conf. Gronov. Observatt. p. 264. Male *aut interrogati* Oxon. 3) Praepositionem r. m. superscripsit in Mc. 4) Hanc lectionem pro vulg. *semper* praebuerunt codd. Ver., tres Vat. W. Mab. Bab. A, item sexdecim a Baluzio collati, in quibus est etiam Seguier., c. ed. Morell. Statim *obtassent* Md. 5) *Quod* Seguier. W. Mad. Bab. A et pr. Mb. Praeposit. *a* ante *magistratibus* om. Ma. Tum *vespere* scribit A. Deinde *urguente* Mc. Mox pro *sunt*, quod om. idem liber, in Bb legitur *sint*. 6) *quod* Seguier. W. Mad. Bab. A et pr. Mb, ut supra. Dein *etiam nec* Seguier., *nec* item Ma. Tum *differetur* Seguier. Bb c. A, et ita primo scriptum fuit in W. Proxime *et* pro *etiam* Seguier. W. Mbd. Ba. A et pr. Ma atque Mc. Neque *et*, neque *etiam* agnoscit Bb, in quo deinceps scribitur *rogaverint*. 7) *ostendere* Mb et A. Tum

magis ipse fecerit, ut periret? Nonne [8]) quando ad Capitolium sponte ventum est, quando ultro ad obsequium diri facinoris accessum est, labavit gressus, caligavit aspectus, tremuerunt viscera, brachia conciderunt? Non [9]) sensus ob|stipuit, lingua haesit, sermo defecit? Stare [10]) 184 illic potuit dei servus et loqui et renuntiare Christo, qui iam diabolo renuntiaverat et saeculo? Non [11]) ara illa, quo moriturus accessit, rogus illi fuit? Non [12]) diaboli

---

qua ex corr. et in contextu et in mg. W, *quae* Bb. 8) *Non*^{ne} (ex corr. r. m.) Mc. Post *ventum* Md om. *est*. Praepositionem *ad* ante *obsequium* r. m. adiecit in W. Idem liber quod post *accessum* sequitur *est* a corr. m. inter vers. habet. Ibidem pr. *lavabit*, deinde *lababat* scriptum est; *lavavit* exhibent Bab. Mox *tremuere*, dat Mc et *membra* pro *brachia* Seguier. 9) Ita pro *nonne*, ut edd. pr., Erasm. et Manut., codd. W. Mad. Bab. A.; in Mb r. m. saec. XIII. addidit *ne;* Mc habet *num* (*um* a r. m. in ras. scripto). Ceterum de hoc loquendi usu iam monuimus in cap. praeced. n. 14. Dein *obstipuit sensus* inverso ordine Mb. *Obstipuit* (vid. Wagner. de orthograph. Vergil. in Heyniana Virgilii edit. Vol. V. p. 414 et 461), quod pro vulg. *obstupuit* recepimus, tuentur etiam W et Mac. Tum *non*^{ne} (ut supra) *lingua adhaesit* Mb, *adhaesit* etiam Bab, *adhaedit* (sic) A. Verba proxima: *sermo defecit,* om. Md. In W a pr. m. scriptum fuit *deficit*. Legebatur ante Manut. *sermo haesit, lingua defecit*. 10) *nonne stare* (*nonne* ab r. ill. m. supra notato) Mb. Verb. *loqui* pr. m. omisit in Mc. Tum *diabulo* scribit Mb. Dein *renuntiarat* exstat in Ba et Mcd, *renunciavit* in A. 11) Ita W. Mad. Bab et Ital. omnes una cum edd. pr. Remb. Erasm. Morell. *Non*^{ne}, ut supra, Mb. Rell. libri manu exarati et typis expressi *nonne*. Dein *quo* om. A. In Mb est *qua* (ex mutat.). Tum *mortuus* in A. 12) Ita pro *nonne* libri supra laudati; *non*^{ne}, ut solet, Mb. Ed. Morell. h. l. *num*. Pro *diaboli*, quod om. Morell., in edd. Gravianam antecedentibus exstat *illi*. Mox *faetore* pro vulg. *foetore* scripsi praeeuntibus codd. W et Ba. Vid. Sillig. Praef. ad Plin. nat. hist. T. I. P. LXXI. Male *conspexerit* Mb. Idem *veluti*. Primo

altare, quod faetore taetro fumare ac redolere conspexerat, velut funus et bustum vitae suae horrere ac fugere debebat? Quid hostiam tecum, miser, quid victimam [13]) supplicaturus inponis? Ipse ad aras [14]) hostia, victima ipse venisti. Inmolasti illic salutem tuam, spem [15]) tuam, fidem tuam funestis illis ignibus concremasti.

VII.

Ac [1]) multis proprius interitus satis non fuit. Hortamentis [2]) mutuis in exitium populus inpulsus est, mors invicem letali poculo propinata est. Ac [3]) ne quid deesset ad criminis cumulum, infantes quoque parentum [4]) manibus vel inpositi vel adtracti amiserunt parvuli quod in primo statim nativitatis exordio fuerant consecuti. Nonne illi, cum iudicii dies venerit, dicent: Nos nihil fecimus [5]),

---

fumus (ita edd., quae Erasmianam praecesserunt), ex corr. r. m. *funus* Mc. Tum *horrore fugere* ed. Daventr., *et fugere* Ma et A., *fulgere* Md. Deinceps Mb et Bb *debuerat.* 13) *victoriam* Md. Quod sequitur *supplicaturus* pro *immolaturus* receptum ex Ver. Neap. W. Mabc. Bab. A; *immolaturus vel supplicaturus* exhibent libri quidam antiqui et vett. edd. una cum Manut. 14) *ad haras* Mac. Ba et pr. W. Recte *ad aras* W. Md. A. Item edd. ante Baluz. omnes pro *ad aram*, quod probavit etiam Goldh. Tum *ipse* om. A. 15) *sapientiam* Md. Mox *illic* A.

VII. 1) *At* ed. Daventr. 2) *Ortamentis* W. Abest praepositio ante *exitium* (*exitum* pr. exhibebat W) a cod. A; *in exitium suum* dant Neap. et Vat. omnes. Dein *populis* scribit A. 3) *At* A. 4) *parentium* W. Prius *vel* om. Ver. Neap. Mbc. Bb. A. Tum *adtraciam miserunt* mendosissime Bb, *adtracti* W. Mab, *attincti* A, *admiserunt* Mb et Ba. Proxime *parvoli* W. Ma (ex corr.) et pr. Mb, de qua scriptura vid. Sillig. Praef. ad Plin. nat. hist. T. I. P. LXXII. Praeposit. *in* ante *primo* ab r. m. saec. XIII. habet Mb. Mox *fuerunt exequti* (sic) A; *consecuti* pr. omissum in Mb r. m. addidit. 5) Haec in cod. Mb, ubi h. l. librarii oscitantia ex cap.

nec derelicto cibo et poculo domini ad profana contagia sponte properavimus; perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas; illi nobis Ecclesiam matrem, illi patrem deum [6]) negaverunt, ut, dum parvi et inprovidi et tanti facinoris ignari per alios ad consortium criminum iungimur [7]), aliena fraude caperemur [8])?

VIII.

Nec [1]) est, pro dolor! iusta aliqua et gravis causa, quae tantum facinus excuset. Relinquenda erat patria et patrimonii [2]) facienda iactura. Cui enim non nascenti atque morienti relinquenda quandoque patria et patrimonii sui facienda iactura est [3])? Christus [4]) non relinquatur,

---

seq. irrepserant illa verba: *Cui enim non nascenti. — — — facienda iactura est? fecimus* his expunctis rec. ista manus saec. XIII. superscripsit. — Pro *nihil mali fecimus*, quod tacite invexit Baluzius, et codd. et ceterae edd. omnes exhibent *nihil fecimus*. Voc. *cibo* ex corr. int. v. habet W. Tum *poculo dei* Md et libri ante Manut. typis exscripti c. Morell. 6) *deum* om. A. 7) *ungimur moreremur* al.

A. 8) *caperemur* Mc, *moreremur* Md et plerique libri a Baluz. excussi, quinque *aliena morte moreremur*. *Caperemur* tuentur etiam sex libri vett. Baluz. et S. Augustinus.

VIII. 1) *Hec* Md et A. Tum *pro dolor* W. Mabd. Bb et pr. Mc, in quo r. m. scripsit *pro*^{h}; *proh dolor* edd., quae Manut. antecesserunt (excepta Daventr.) et Baluz. c. Goldh. Cf. ad Cap. VI. n. 1. *proch d.* A et ed. Daventr., *pro dolore* Ba. Mox *quantum facinus* id. lib. 2) *patrimonii sui* Mc, tum *faciendi* A c. ed. Daventr. Post *iactura* in Mb pr. m. male inseruit ex cap. praeced. haec verba: *consecuti. Nonne illi — — — dicent: Nos nihil fecimus.* Correxit tamen r. m. 3) In A desiderantur verba: *Cui enim — — — quandoque patria.* Totum hunc locum, a m. pr. omissum, a rec. in mg. habet Mc. Cetera quod attinet, a Md abest *enim*. Deinceps Ver. Vat. omnes, W. Mab et Bab exhibent *non nascenti atque morienti relinquenda*, Md et editi libri *non* post *morienti* ponunt, W. Ma et Ba scribunt *relinquenda erat*; post *iactura* autem Ma et Ba omittunt *est*, quod in

salutis ac sedis aeternae iactura, timeatur. Clamat ecce per prophetam spiritus sanctus [5]: *Discedite* [6], *discedite, exite inde et inmundum nolite tangere; exite de medio eius, separamini* [7] *qui fertis vasa domini.* Et qui vasa sunt domini [8] ac templum dei, ne inmundum tangere et feralibus cibis pollui violarique cogantur, non exeunt de medio, nec recedunt. Alibi quoque vox [9] auditur e caelo praemonens, quid dei servos facere conveniat, dicens: *Exi* [10] *de ea, populus meus, ne particeps sis delictorum eius, et ne perstringaris plagis eius.* Qui exit et cedit [11] delicti particeps non fit. Plagis vero et ipse perstringitur [12] qui socius criminis invenitur. Et ideo dominus in [13] persecutione secedere et fugere mandavit, atque ut

---

W r. m. addidit. Pro *quandoque* in W erat *quamque.* 4) *Ut Christus* dant Remb. Erasm. Grav. Manut. Pamel. Rigalt. Oxon. In cod. Mb rec. ista manus *ut* post *Christus* superscripsit. Sed *ut* merum est glossema, quod rell. libri scripti, in quibus sunt etiam quattuor Vat., itemque editi recte omittunt. *Expositio* (supra notat. ab r. m. *Christus* al.) habet Mc. Mox *aeternae* in W corr. m. int. v. addidit. Idem liber male scribit *timeamur.* 5) *Clamat dominus per prophetas sancti spiritus* (in ras.) exhibet Ma, *etiam* pro *ecce* Bb, *per prophetas* W, *sanctus spiritus* Bb, *spiritus sancti* Md. 6) Vid. Hesai. 52, 11. 7) *et separamini* Mb, *mundamini* Remb. Erasm. Grav. Manut. Marg. ed. Grav. *separemini* errore typothetico. Lectionem *separamini* confirmant non solum rell. libri manu exarati et typis expressi, sed etiam Ver. et duo Neap. 8) Desiderantur haec verba in A; *sunt vasa* legitur in edd. Manutiana antiquioribus. Statim *et* (pro *ac*) *templum* habet Ma, *templa* Mb, *et* pro *ne* Ma, *tangerent* Mb, *feracibus* Bb, moxque *coguntur* Ma. 9) *vox quoque* A. Tum *exauditur* Bb. Deinde *preminens* A, *praemonens dicens quod* Bb. Primo *qui*, ex em. r. m. *quid* W; *et dicit* Mb. Vid. Apoc. 18, 4. 10) *Exite de ea* Ba, *exite ea* Bb, *exi* (*i* in ras.) W. Idem pr. *popolus.* In clausula *eius* omissum in A. 11) *ceciderit* A. Tum *delictorum ejus particeps* Ma. 12) *constringitur* Bb. Mcd et vett. edd., item Erasm. atque Manut. 13) *in* a r. m. habet Mc.

id fieret et docuit et fecit. Nam cum corona de dei dignatione descendat, nec possit [14]) accipi nisi fuerit hora sumendi, quisquis [15]) in Christo manens interim cedit, non fidem denegat, sed tempus exspectat. Qui autem, cum [16]) non secederet, cecidit, negaturus remansit.

IX.

Dissimulanda, fratres [1]), veritas non est, nec vulneris nostri materia et causa reticenda. Decepit [2]) multos patrimonii sui amor caecus, nec ad recedendum parati aut [3]) expediti esse potuerunt quos facultates suae velut conpedes ligaverunt. Illa fuerunt remanentibus vincula, illae catenae, quibus et virtus retardata est, et fides pressa, et mens vincta [4]), et anima praeclusa, ut serpenti terram secundum dei sententiam devoranti [5]) praeda et cibus [6]) fierent qui terrestribus inhaererent. Et idcirco dominus, bonorum magister et praemonens [7]) in futurum:

Dein *figere* Ma. Proxime *ut fièret* Mb, *ut cito fieret* Bb, *ut iam f.* A. Tum *et fecit* r. m. adiecit in W. 14) *descendit, nec potest* A. 15) *quisque* W. Mabcd. Bab, ut passim. Ita etiam edd. SP. Venet. 1. Daventr. Kunn. Morell. Deinceps *in Christum* exhibent edd. ante Manut. omnes. Pro *cedit* Ba *secedit.* Mox *negat* Baluzius invitis libris scriptis et editis. 16) *cum* a r. m. int. v. habet Mb. Dein *cedit* pro *cecidit* Md et edd. SP. Daventr. et Kunn.; *caedit* Venet. 1. 2. Rembolt. Statim *remansit negaturus* legebatur ante Manut.

IX. 1) *fratres dilectissimi* Mb et Baluz. Mox *causa et materia* Mb. Tum *retinenda* A. 2) *Decipit* Mad. 3) *nec* pro *aut* A. 4) *mens est vincta* Md, *victa* Mbc et Ba. 5) Gen. 3, 14. 6) *cibi* A. vett. edd. c. Rembolt. Voci *terrestribus* editor exemplaris Daventr., Gravius et Pamelius sine causa adiecerunt *cupiditatibus*, licet ad calcem huius capitis legatur *terrenis cupiditatibus.* Deinceps *inherent* A. 7) *et consulens* ex Ms. male addidit Pamelius, quem sequi non debebant Oxonienses.

Si vis, inquit [8]), *perfectus esse, vende* [9]) *omnia tua et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelis; et veni, sequere me.* Si hoc divites facerent, per divitias [10]) non perirent, thesaurum in caelo reponentes hostem nunc et expugnatorem domesticum non haberent. Esset [11]) in caelo cor et animus et sensus, si thesaurus esset in caelo, nec vinci a saeculo posset qui unde vinceretur in saeculo non haberet. Sequeretur [12]) dominum solutus et liber, ut apostoli et sub apostolis multi et nonnulli saepe fecerunt, qui et rebus suis et parentibus derelictis individuis 185 Christo nexibus adhaeserunt. Sequi autem Christum quomodo possunt qui patrimonii [13]) vinculo detinentur? Aut quomodo caelum petunt et ad sublimia et alta conscendunt [14]) qui terrenis cupiditatibus degravantur? Possi-

8) Matth. 19, 21. 9) *vade, vende* cum plerisque editis Baluzius. Sed *vade*, quod primus recepit Erasmus, om. W. Macd. Bab. A. *Vade et vende* habet Mb itemque Grav. Conf. de opere et eleemos. p. 239. et lib. III. ad Quirin. c. 1. p. 303. Mox *thesaurum* (*n* a r. m. superscr.) dat Mb. Ita et in seqq.; *thessaurum* hic et infra W. Statim *in caelo* scribunt Mbcd. Proxime *et sequere* habet A. Sed copula omittitur etiam in libro de op. et eleemos. l. c. et ad Quir. l. c. 10) *suas*, quod praeeunte Gravio adiecerunt Manutius, Pamelius, Rigaltius et editores posteriores, recte abest a W. Macd. Bab, ut ab editt. antiqq., item Erasm. atque Morell.; *suas divicias* scribit A. Unde satis apparet additamentum istud e glossemate fluxisse. Mox desideratur partic. *et* in Md. 11) *Essent* A. Prius *et* idem om. Post *sensus* Mb et Ba addunt *eorum*. Dein *si* om. Md. 12) *Sed queretur* Bb. Statim *dominium* A. Pro *solutus* Ba et Mc exhibent *securus*. Tum *et* pro *ut* legitur in A. In seqq. *rebus suis et parentibus suis et parentibus derelictis* dat Bb. Mox *Christi* pro *Christo* scribunt W. Mabc. Bab. A. 13) *patrimonio* A et pr. Mb. 14) *petent — — — et alte conscendent* A. Post *petunt* omittitur *et* in W. Ma et Ba. Cuius loco in Ma r. m. *dominum* :·

dere se credunt qui potius possidentur, census [15]) sui servi, nec ad pecuniam domini, sed magis pecuniae mancipati.

X.

Hoc tempus, hos homines apostolus denotat dicens [1]): *Qui autem volunt divites fieri, incidunt in temptationem et muscipulam* [2]) *et desideria multa et nocentia, quae mergunt hominem in perditionem et in interitum. Radix enim* [3]) *omnium malorum est cupiditas, quam quidam*

---

superscripsit *vel.* Mox ed. Daventr. habet *pregravantur.* 15) *censui* (*sui* a r. m. int. v. addito) Mc. Mox *nec ad pecuniam* pro vulg. *nec ad pecuniam suam* recepi ex codd. Ver. W. Ma. Neap. et duobus a Baluzio excussis; *nec pecuniae suae* habent quinque libri vett. ap. Baluz., *nec ad pecuniam sui domini* Md. Tum *ipsi potius* pro *magis* duo illi a Baluzio citati. Ceterum *ad* correctoris manui debet W. Dein Ba perperam scribit *mancipatis.*

X. 1) *Hoc tempus hoc docuit homines apostolus dicens* A. Voc. *apostolus* in Bb corruptum in *apostolos,* nec aliter a m. pr. habebat Mb. Apostoli verba sumpta sunt ex 1. Timoth. 6, 9—10. 2) *et in muscipulam dyaboli* A, *muscipulas* (non praemisso *et*) edd. Venet. 1. 2. Kunn. Rembolt., *et muscipulas* W. Macd conspirantibus edd. SP. Daventr. Erasm. Grav. Dein *multa inutilia et nocentia* ediderunt Pamel. Rigalt. Oxon., itemque Baluz. et Goldh. Sed *inutilia* non agnoscunt codd. W. Macd. Bb. A. Conf. de orat. domin. p. 210, de opere et eleemos. p. 240 et ad Quirin. III. 61. p. 323. Desunt verba *inutilia et* in Ba. Mox Md habet *hominem in interitum* (intermediis om.); *et interitum* scribunt Ba et Mc, quibus accedunt edd. Venet. 1. 2. Daventr. Kunn. Remb. Erasm. Grav. 3) *enim* pr. aberat in W. Deinde *cupiditas est* legitur in A moxque in eodem libro *quidem.* Proxime *erraverunt,* cuius loco in edd. Manut. Morell. Pamel. Rigalt. et Oxon. exstat *naufragaverunt,* quod Grav. in mg. habet et Baluzius in quinque Mss. invenit, h. l. tuentur codd. nostri omnes et undeviginti Baluziani, itemque edd. vett. Reperitur tamen *naufragaverunt a fide* in libr. de orat. domin. l. c., de opere et eleemos. l. c. et ad Quirin. l. c. Statim *inserunt*

adpetentes erraverunt a fide, et inseruerunt se doloribus multis. Dominus autem quibus nos [4]) praemisis ad contemptum rei familiaris invitat? Parva haec et [5]) exigua huius temporis damna quibus mercedibus pensat? *Nemo est,* inquit [6]), *qui relinquat* [7]) *domum aut agrum aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios propter regnum dei et non recipiat septies tantum in isto tempore, in saeculo autem venturo vitam aeternam.* Quibus cognitis et de domini [8]) pollicentis veritate conpertis non tantum timenda non est eiusmodi, sed et [9]) optanda iactura est ipso denuo domino praedicante et monente [10]): *Beati eritis, cum* [11]) *persecuti vos fuerint, et separaverint vos, et* [12]) *expulerint, et maledixerint nomini vestro ut nequam propter filium hominis. Gaudete in illa die et exultate. Ecce enim merces vestra* [13]) *multa est in caelis.*

---

pr. Ma. 4) *non* Ba. 5) *et* om. A. Idem mox pro *pensat* habet *persensat.* 6) Matth. 10, 29—30. 7) *relinquat* pr. dein *relinquit* Mb, *derelinquit* A. Paulo post *dei regnum* idem liber. Tum *recipiet* Mab et A. Deinde *centies* quattuor codd. vett. Baluziani c. edd. Daventr. et Manut., *septies* autem et Italici et nostri assentientibus libris ante Manut. typis exscriptis omnibus. Ita Noster etiam in Epist. LVI. ad Thibarit. p. 91 et ad Fortunat. p. 273. Praeposit. *in* ante *isto tempore* om. A. 8) *domino* W et Ma. Mox in Mb in qao distinguitur ante *non*, post *eiusmodi* ab rec. illa man. superscriptum est *fugienda.* 9) *et* om. Mb et A; *adoptanda* pro *et optanda* habet W; *obtanda* scribunt Mbd. Deinceps *iactura est* Ver. Mabc. Bab et unus Neap.; vulgati enim libri om. *est.* Proxime *domino denuo* Ma. 10) Luc. 6, 22—23. Conf. Matth. 5, 11—12. 11) *Beati estis, quoniam* A. Tum *persecuti vos fuerint homines* Mb. Quae lectio cum Graeco textu convenit. Additur *homines* etiam in epist. LVI. p. 91, ad Fortunat. p. 272 et ad Quirin. III. 16. p. 310. 12) *et* om. Mc. In seqq. pro *ut* Md habet *quasi.* Conf. p. 91. 272 et 310. 13) Deest *vestra* in A. Statim *multa est* om. W et A. *Multa* item om. Bamb. liber et Augu-

Sed tormenta postmodum venerunt [14]) et cruciatus graves reluctantibus imminebant.

XI.

Queri [1]) de tormentis potest qui per tormenta superatus est, excusationem doloris obtendere qui victus est in dolore? Potest rogare talis et dicere: Certare quidem fortiter volui, et sacramenti mei [2]) memor devotionis ac fidei arma suscepi, sed me in congressione [3]) pugnantem cruciamenta varia et supplicia longa vicerunt. Stetit mens stabilis et fides fortis, et cum torquentibus poenis immobilis diu anima luctata est. Sed cum durissimi [4]) iudicis recrudescente saevitia iam fatigatum nunc

---

stanus in ep. LVI. p. c. *Est* non habet Mc. 14) Ita, ut edd. vett., XXVII. codd. antiqui a Baluzio laudati, in quibus est Ver. et Seguier. Accednnt omnes Vat. et mei excepto A, in quo, ut in tribus Baluz., legitur *venerunt*. Erasmus scripserat *ventura erant*, eumque secuti sunt Gravius, qui *venerant* in mg. adiecit, Manut. Pamel. Rig. Oxon. Tum *gravis* Ba. Deinde *in luctationibus* Bb et quattuor vett. libri ap. Baluz., alius ibidem *in luctaminibus*.

XI. 1) *Quaeri* W. Delevi *potest*, quod vulg. ante *excusationem* interponitur; abest enim a codd. W. Mac et A. In Mb r. m. superscripsit, Ba et Md c. edd. Manut. antecedentibus habent *et*, *potest obtendere* Mc et tres Neap., unde satis apparet additamentum istud merum esse glossema. Tum *excusationis dolorem* est in Bb. Dein *optendere* dant W et Mb, *ostendere* Bb c. A. Pro *in dolore* cod. Lamonianus exhibet *per dolorem*. 2) *mei* om. Md et mox *devotionis* Bb. 3) *in colluctatione* scribit cod. Fuxensis. Deinceps *pugnante* irrepsit in W et Ma. 4) *dirissimi* Md, *seviissimi* A. Syllaba *re* v. *recrudescente* erasa in Mb, *requiescente* habet Bb.

iam lassum

Proxime *iam fatigatum nunc* (superscr. *iam lassum* ab r. illa m.) Mb, *iam fatigatum iam lassum nunc fragella* A. Vocc. *iam lassum*, quae Baluzius reperit etiam in cod. Beccensi, perperam receperunt. Morell. Pamel. Rigalt. Oxon. Adv. *adhuc* praebuerunt codd.

flagella adhuc scinderent, nunc contunderent fustes, nunc eculeus [5]) extenderet, nunc ungula effoderet, nunc flamma torreret, caro me in conluctatione deseruit, infirmitas viscerum cessit, nec animus, sed corpus in dolore defecit [6]). Potest cito proficere ad veniam causa talis, potest eiusmodi [7]) excusatio esse miserabilis. Sic hic [8]) Casto et Aemilio aliquando dominus ignovit, sic in prima [9]) congressione devictos victores in secundo praelio reddidit, ut fortiores ignibus fierent qui ignibus ante cessissent, et unde superati essent, inde superarent. Deprecabantur illi non lacrimarum miseratione, sed [10]) vulnerum, nec sola lamentabili voce, sed laceratione corporis et dolore. Manabat pro fletibus sanguis et pro lacrimis cruor semiustulatis [11]) visceribus defluebat.

XII.

Nunc vero quae vulnera ostendere victi possunt, quas plagas [1]) hiantium viscerum, quae tormenta membrorum, ubi non fides congressa cecidit, sed congressio-

---

W. Mabcd. Bab. A, tres Angl. c. ed. Morell. In Grav. minutioribus typis excusum est; antiquiores autem edd. exhibent *ad hoc*, quod omiserunt Erasmus, Manutius, Pamelius ceterique omnes. 5) *eculeus* pro *equuleus* receptum ex W. Bab. Mcd. A et ed. Daventr. De qua scriptura conf. Sillig. Praef. ad Plin. nat. histor. Pag. LXXII. *Aeculeus* dant Mab. Paulo post *terreret* A. Proxime *coluctatione* Mc. 6) *deficit* W. 7) *huiusmodi* Ma. 8) *hinc* pr. Mc. Statim *cassio* A. Deinde *emilio* W et Mbcd. 9) *inpria* A. Idem paulo post *rediddit prelio*. Tum *forcioribus*. 10) *et* pr. W. Mox *lamentabili sola voce* Mb. Infra *ex dolore* A. 11) *semiustilatis* pr. Mb et (*i* in ras. posito) W, *semiustillatis* Ma, *semiusti lateris*, ut cod. Lamonii, A et ex mutat. r. m. Mb. Deinde Ba *defluebant*, Bb *profluebat*.

XII. 1) *quam vim, quas plagas* cod. Seguier.

nem [2]) perfidia praevenit? Nec excusat oppressum [3]) necessitas criminis, ubi crimen est voluntatis. Nec hoc eo [4]) dico, ut fratrum causas onerem, sed ut magis fratres ad precem satisfactionis instigem. Nam [5]) cum scriptum sit: *Qui vos* [6]) *felices dicunt, in errorem vos mittunt, et semitam pedum vestrorum turbant*, qui peccantem blandimentis [7]) adulantibus palpat, peccandi fomitem subministrat, nec conprimit delicta ille, sed nutrit. At qui [8]) consiliis fortioribus redarguit simul atque instruit fratrem, promovet ad salutem. *Quos diligo*, inquit dominus [9]), *redarguo et castigo.* Sic oportet | [10]) dei sacerdotem 186

---

2) *congressione* Ba. 3) *obsessum* A. Tum *crimen est et voluntas eius*, in mg. autem a. r. m. *voluntatis* pro *et voluntas eius* Mc. *al.* 4) Ita W. Ba, pr. Ma et edd. Erasm. Grav. atque Manut., *ex eo* Md veteresque edd. c. Rembolt., *ego* Mb. Bb et pr. Mc, in quo posthac correctum est *eo*; *id eo* ex mut. r. m. Ma; *ideo* A, item edd. Morell. Pamel. Rigalt. Oxon. Baluz. Goldh. In seqq. *causas fratrum* Ba. 5) Om. Mab. Dein *scriptum est* exhibet Mc. Vid. Hes. 3, 12. 6) *Quos* pro *qui vos* Ba et Mc. Abest *vos* a W. Dein pro *semitas* scripsi *semitam* (τὸν τρίβον) auctoribus Mss. W et Mabc. Pro *turbant*, quod firmatur Graeco ταράσσουσιν, Mb. Ba et A exhibent *conturbant*. 7) Om. A. Paulo post *summinist*rat dant W et Md. Dein *conprimat* scribit A. Inverso ordine *ille delicta* Mb. 8) *Atqui* Ma. Statim *conciliis* Md. Tum *fortibus* Neap. Dein *redarguitur* W et Ba; correctum tamen est in mg. prioris libri *redarguit*. Mox *premonet ad salutem* vitiose legitur in A. Praeposit. *ad* a r. m. habet cod. W. 9) *Quos, inquit dominus, diligo* A. Vid. Apoc. 3, 19. 10) Partic. *et*, quae vulg. additur, praeeuntibus libris W. Macd. Bb et A expungendam censui. Consentiunt edd. Manutianam antecedentes et Morelliana. Manutium secuti sunt Pamelius, Rigaltius ceterique. Pro *dei sacerdotem* Ver. W. Mabc. Bab, unus Neap. et A exhibent *domini sacerdotem*. Sed conf. Cap. XV., ubi haec sunt: *Si iusta, si licita, si non contra ipsum dominum a dei sacerdote facienda sint.*

non obsequiis decipientibus fallere, sed remediis salutaribus providere. Inperitus est medicus, qui tumentes vulnerum sinus [11]) manu parcente contrectat, et in altis recessibus viscerum virus inclusum, dum servat, exaggerat. Aperiendum vulnus est [12]) et secandum et putraminibus amputatis medela fortiore curandum. Vociferetur et clamet [13]) licet et conqueratur aeger inpatiens per dolorem, gratias aget [14]) postmodum, cum senserit sanitatem.

XIII.

Emersit enim, fratres dilectissimi, novum genus cladis, et quasi parum persecutionis procella saevierit, accessit ad cumulum [1]) sub misericordiae titulo malum fallens et blanda pernicies. Contra evangelii vigorem, contra domini ac dei legem [2]) temeritate quorundam laxatur incautis conmunicatio, inrita et falsa pax, periculosa dantibus et nihil accipientibus profutura. Non quaerunt sanitatis patientiam [3]), nec veram de satisfactione medicinam.

---

11) *simul* pro *sinus* A. Idem deinde *pertractat*. Infra *exagerat* Mc. 12) Om. Md et A. Alterum *et* defit in Mc. Tum *putraminibus*, quod exhibent edd. Morell. Pamel. Rigalt. Oxon. Baluz. et Goldh., tuentur codd. W. Mab. A et duo Vat.; *puraminibus* (per ras.) dat Mc, ut legitur in edd. SP. Venet. 1. et Kunn.; *putaminibus* habet Daventr. c. Venet. 2. atque Remb., *putra manibus* (sic) Md, *putreminibus* Ba, *putriminibus* quattuor Ital., *putredinibus* Bb. Erasm. Grav. Manut. Proxime *medella*, ut supra, scriptum in W. Ma et Manut. itemque pr. in Mb. Tum *fortiore* (*re* ex ras. enato) in Mb, *fortiori* in Mc et A. 13) *Vociferetur et clamat* Md c. ed. Daventr.; *et* om. A; *clamet* pr., dein *clamat* Mb. 14) *agit* W. Macd. A et ex mut. rec. illius manus Mb, adstipulantibus libris editis Erasmiano antiquioribus; *ait* Bb, *att* (sic) Ba. Dein *quō* (i. e. *quoniam*, vid. ad libr. de cathol. eccl. unit. Cap. I. n. 11.) *sensit* A.

XIII. 1) *tumulum*, dein *mala* A. 2) *contra deum ac dei legem* Md. 3) *paenitentiam*, ut liber Flori ap. Baluz., tres Vat. Ba et Mc.

delicta, ante exomologesim [2]) factam criminis, ante purgatam conscientiam sacrificio et manu [3]) sacerdotis, ante offensam placatam indignantis domini et minantis vis infertur corpori eius et sanguini, et [4]) plus modo in domi-
5 num manibus atque ore delinquunt, quam cum dominum negaverunt. Pacem putant esse [5]) quam quidam verbis fallacibus venditant. Non est pax illa, sed bellum; nec ecclesiae iungitur qui ab evangelio separatur [6]). Quid [7]) iniuriam beneficium vocant? Quid inpietatem vocabulo
10 pietatis adpellant? Quid eis, qui flere iugiter et [8]) rogare dominum suum debent intercepta paenitentiae lamentatione conmunicare se simulant? Hoc [9]) sunt eiusmodi lapsis, quod grando frugibus, quod turbidum sidus arboribus, quod armentis pestilens vastitas, quod navigiis saeva tem-
15 pestas. Solacium [10]) spei adimunt, a radice subvertunt,

---

guini (*-is* pr.) *et* *plus* (*et* a r. m. supra addito) *modo in deum manibus* *atque* *ore* (*atque* ab r. m. superscr.) *delinquunt* — — *negaverint.* Ita et Mc a r. m. in mg., eo tamen differens, quod post *sanguini* addit *eius*, quod agnoscit etiam Md, in quo, ut in A, idem observatur ordo. Meliorem autem verborum ordinem confirmatum reliquis codicibus nostris primus restituit Gravius, eumque secuti sunt Morell. Rigalt. (in Observatt. p. 160), Baluz. Goldh. 2) Ita Md, *exhomologesim* Ba, *exhomologisim* Mb, quod supra notavimus, *exhomologesin* W et Ma, ut edd. vett. c. Erasm., *exomologesin* libri rell. scripti et editi. 3) *manus* Bb. 4) *et* om. Md. Idem, ut Mb, deinde scribit *in deum*, quod legitur etiam in ed. Morell.; *in domini manibus — delinquunt* habet Mc. 5) *putantes esse* Bb. Tum *quidem* Mc. Deinde *fallentibus* Seguier. et Ba. Statim *vendicant* A. 6) *speratur* A et pr. Mc. 7) *Qui* pr. Mb. 8) *et* a corr. m. supra additum in Mc. Mox *deum suum* Mb. 9) *Haec* Bb c. A. Tum *huiusmodi* Bb. Pro *lapsis* W et Ma *lapsi.* 10) *Solacium* pro *solatium* recte W. Mbd. A. Vid. Wagner. Orthogr. Vergil. p. 472. Dein vulg. legitur *aeternas spei.* Sed adiect. *aeternas*, quod suspectum videbatur iam Gravio, quapropter minu-

sermone morbido ut letale contagium serpunt, navem scopulis, ne in portum perveniat, inlidunt. Non concedit [11]) pacem facilitas ista, sed tollit, nec conmunicationem tribuit, sed inpedit ad salutem. Persecutio est haec alia et alia temptatio, per quam subtilis [12]) inimicus inpugnandis adhuc lapsis occulta populatione grassatur, ut lamentatio conquiescat, ut [13]) dolor sileat, ut delicti memoria vanescat, conprimatur pectorum gemitus, statuatur fletus oculorum, nec dominum graviter offensum longa et plena paenitentia deprecetur, cum scriptum sit [14]): *Memento unde cecideris, et age paenitentiam.* Nemo se fallat, nemo decipiat [15]).

---

tioribus typis excudendum curavit, ego praeeuntibus libris Ver. W. Mab. Bab. A et quinque Angl. omittendum censui. Id habet Mc a r. m. in mg. Pari modo ante verba: *a radice subvertunt*, expunxi vocab. *arborem*, quod ex ed. Daventr. in Erasmianam indeque in posteriores excepta Morelliana influxerat; abest enim a codd. W. Mac. Bab. A, quattuor Bodl. et sexdecim antiquis Baluz. Liber Mb scribit *et arbores*. Idcirco ego nullus dubito adsumentum istud ex marg. in textum irrepsisse. Mox Ver. recte habet *ut* (pro *ad*) *letale contagium*. Tum *navim* Mc. Idem *in* (a r. m.) *scopulis*, Md c. edd. vett. et Rembolt. *in scopulos*, edd. Erasm. Grav. et Morell. *ad scopulos*. Dein *nec* pr. Mc. Proxime *veniat* Mb et pr. Mc. 11) *cedit* pr. Mc. Mox *facultas* Bb. Tum *comminacionem* A. 12) *suptilis* W. Deinde *impugnandis hominibus* A. Paulo post *crassatur* Mbc et Ba. 13) Om. Ma. Dein *vanescat* W. Mac. et Bb c. edd., si excipias Pamel. ceterasque recentiores, in quibus est *evanescat*. Vid. ad librum de cathol. eccles. unit. Cap. I. n. 26., Cap. IV. n. 16., Cap. VIII. n. 13., Cap. XIV. n. 2. Md habet *conquiescat*. Quod deinceps in edd. Pamel. Rigalt. Oxon. Baluz. et Goldh. interponitur *ut* merito om. W. Macd. Bb. A et edd. rell. Mox A mendose scribit *fletus occultus*. Statim *ne* idem liber. Tum *domino* Ba. Pro *paenitentia* W *patientia*. Dein A *deprecentur*. Proxime *est* pro *sit* Ba. 14) Apoc. 2, 5. 15) Ita W. Mabcd. Bab et antiqq. edd. c. Erasm. Manut. atque Morell. *Se* ante *decipiat* invexerat Gravius eumque secuti sunt Pamel. Rigalt.

Solus dominus misereri potest. | Veniam peccatis [16]), quae 187
in ipsum commissa sunt, solus potest ille largiri, qui peccata nostra portavit, qui pro nobis doluit, quem deus tradidit pro peccatis nostris. Homo deo esse non potest maior [17]), nec remittere aut donare indulgentia sua servus potest quod in dominum delicto graviore commissum est, ne adhuc [18]) lapso et hoc accedat ad crimen, si nesciat esse praedictum [19]): *Maledictus homo, qui spem habet in homine* [20]). Dominus orandus est, dominus nostra satisfactione [21]) placandus est, qui negantem negare se dixit, qui omne iudicium de patre solus accepit.

XV.

Credimus quidem posse apud iudicem plurimum [1])

Oxon. Baluz. Goldh.; namque pronomen facile subintelligi potest. Cf. ad librum de habitu virg. Cap. VIII. n. 11. 16) *peccati* Bb. Tum *in ipso* Mb. Mox *ille* om. Bb. Dein *et peccata* scribit Ba. Statim *ipse portavit* A et *dominus* pro *deus* Mb. 17) *non potest esse maior* Mbc, *non potest* om. Ma, *maior non potest* habet A. Dein *nec aut remittere, nec aut donare* Mb. Paulo post *in domino* Ba, *in deum* Bb, *in deo* Mb. Ad verba *delicto graviore commissum est* al. m. in mg. codicis Mb addidit *severa penitentia delendum est.* Desunt seqq. usque ad *qui negantem* in A. 18) *adhuc quoque* Mb. Dein Ver. *ad criminis cumulum*, non *ad cumulum*, ut legitur in Rigalt. Observatt. p. 160. 19) Hierem. 17, 5. 20) *habet spem in hominem* Mc, *spem habet in hominem* W et Mab, *spem suam* (*suam* non addit *Rigaltius* l. c.) *ponit in hominem* Ver. In Graecis est τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον. 21) *dominus nostra quoque satisfactione* (*dominus* a r. ill. m. supra scr.) Mb. Dein *est* om. Bb. Male *negante* Ba. Tum *solus a patre* Mb, *a patre* item unus Ver. et A.

XV. 1) *plurimum valere* codd. octo vett. Baluz., quattuor Italici, Md et antiquae edd. Dein *meritum* Md. Verba proxima: *cum*

martyrum merita et opera iustorum, sed cum iudicii dies venerit, cum post occasum saeculi huius et mundi ante tribunal Christi populus eius adstiterit. Ceterum [2]) si quis praepropera festinatione temerarius remissionem peccatorum dare se cunctis putat posse, aut audet domini praecepta rescindere, non tantum nihil prodest, sed obest lapsis. Provocasse est iram non servasse [3]) sententiam, nec misericordiam prius domini [4]) deprecandam putare, sed contempto domino de sua facilitate praesumere. Sub ara dei [5]) animae occisorum martyrum clamant magna voce dicentes [6]): *Quousque, domine sanctus* [7]) *et verus, non iudicas et vindicas sanguinem*

---

iudicii dies venerit, cum post occasum in textu omissa ab r. m. in mg. habet Mc. Tum *huius seculi et huius mundi* A. Part. *et* in Mc r. m. supra addidit. Mox *astiderit* Bab. A, *astitit* Md, *affuerit* Mc. 2) *ueterum* W. Deinde *praeperpera* A, *propera* Md. Vocc. *festinacione temerarius* ter sunt scripta in A et ita quidem, ut tertio loco legatur *temerius*. Tum *remissa* Mb et *dare se cuiquam* (pro *cunctis*) Bb, *se cuiquam dare* ed. Daventr. Ceterum inverso ordine edd. Manutiana antiquiores exhibent *se cunctis dare*. Mox *aut* omissum in eodem, in Mc autem superscriptum a r. m. Dein *scindere* pr. Mc. Paulo post pro *sed et obest* recepi *sed obest* e codd. Mc et A, quibuscum facit etiam exemplar Manutianum. Nec aliter pr. legebatur in Mb. Vid. Ramshorn. Gramm. Lat. §. 190. B. 3. a. p. 835. Pro *lapsis* A habet *impiis*. 3) *Provocasse ad iram et non servasse* A. 4) Ita pro vulg. *dei* W. Mabc. Bab. A. Conf. Cap. XIV. Mox pro *facultate*, quod e Cambron. suo primus invexit Pamelius, quem posthac secuti sunt editores omnes, cum libris W. Ma. Bab. A et novem vett. Baluz., in quibus est Seguier., scripsi *facilitate*, quod in aliis quattuor a Baluzio excussis depravatum est in *felicitate*. 5) *domini* Mc. Tum *coce magna* Mbc. A. 6) Apoc. 6, 10. 7) *dominus sanctus* Mc. Quod sequitur *et* om. idem liber. *Domine non vindicas et non iudicas sanguinem* habet Md. Mox *de hijs* A c. ed. Daventr.; *de iis* legitur in edd. vett. et in libro de patientia p. 254. Deinde *in tene-*

nostrum de his, qui in terris inhabitant? et requiescere ac patientiam tenere [8]) adhuc iubentur. Et quemquam [9]) posse aliquis existimat remittendis passim donandisque peccatis bonum fieri contra iudicem velle, aut prius quam vindicetur [10]), ipse alios posse defendere? Mandant aliquid martyres [11]) fieri. Si iusta, si licita, si non contra ipsum dominum a dei sacerdote facienda sit obtemperantis facilis et prona consensio, si petentis fuerit religiosa moderatio. Mandant aliquid martyres fieri. Si [12]) scripta non sint in domini lege quae mandant, ante est,

---

bris inhabitant Mc, *habitant* Ba. 8) *sustinere* pr. Mb, *adhuc tenere* edd. ante Manut. omnes c. Morell. 9) *quenquam* W, *quendam* Bb, *que inquam* A. Tum *existimet* idem liber. Mox *dignum* pro *bonum* Pamelius invitis codd. et edd. 10) *iudicetur* Bb et pr. Mc. 11) Ita codd. et edd., si excipias Baluzianam et Goldhornianam, quae *martyres aliquid* habent. Post *fieri* (plurimae edd. hic et infra interrogationis signo distinguunt) cod. Bb statim exhibet: *sed si scripta non sunt* intermediis omissis. Ante *si iusta* in cod. Voss. 1. et edd. Daventr. Grav. Baluz. atque Goldh. insertum *sed*. Verba *si licita* om. A. Mox *deum* pro *dominum* scribunt W. Mabcd. A. Tum *ac dei sacerdotem* Mab et Ba. Deinde *facienda sint* Ba et A, *fac. sunt* Mcd c. edd. ante Baluz. atque Goldh., a quibus *sunt* abest, ut a codd. rell. Part. coniunct. *si* deinceps praebent codd. Mbd, item edd. vett., si excipias Daventr., una cum Erasm. Grav. Morell. Baluz. atque Goldh.; in cod. autem Mc r. m. supra addidit. Eam om. Ba et A, quibuscum conspirant edd. Pamel. Rigalt. Oxon. Contra Manutiana habet *facienda sit: obtemp.*, pro quo in Gotting. exemplari vir doct. correxit *facienda: sit obt.*, ut est in libro Ver., quocum faciunt W. Seguier. et Ma. Hanc scripturam sublata post *facienda* interpunctione verissimam esse putat Rigaltius, quem secutus sum. Mb dat *optemperantis*, de qua scribendi ratione vid. Wagner. Orthograph. Vergil. p. 413 sq. 12) *Sed*, quod ante *si* inferunt edd. et aliquot codd., recte om. W et Ma. Dein ordine inverso *non scripta sunt* exhibet A, *scr. non sunt* dant W. Mcd. Bb veteresque edd. c. Erasm. Grav. Manut. Morell.

ut sciamus illos de deo [13]) inpetrasse quod postulant, tunc facere quod mandant.

XVI.

Neque enim statim videri potest divina maiestate [1]) concessum quod fuerit humana pollicitatione promissum. Nam et [2]) Moyses pro peccatis populi petit, nec tamen peccantibus veniam, cum petisset, accepit. *Precor*, ait [3]), *domine, deliquit populus hic delictum grande, et* [4]) *nunc si dimittis eis, delictum dimitte; sin autem, dele me de libro* [5]), *quem scripsisti. Et dixit dominus ad Moysen* [6]): *Si qui deliquit* [7]) *ante me, deleam eum de libro*

---

13) *de domino* Ver. Neap. Bb. Mc. Mox *et tunc* A.

XVI. 1) *de divina maiestate* edd. et nonnulli codd. Sed praepositio merito abest a W. Mac. Bb. A; *magestate* scribit Ma, ut est in edd. ante Remb. 2) *et* om. Mc. Tum pro vulg. *petiit* ex Mabc. Bb. A. Manut. et Morell. recepi *petit* (ita pr. etiam W), de qua contracta perfecti forma vid. Wagner. libr. c. p. 464. Mox *tantum* pro *tamen* habet Md. Abest *peccantibus* a Ma. Dein *petivisset* scribit A. 3) Exod. 32, 31—33. In Mc haec ita leguntur: *Peccavit, ait, domine, populus hic, delictum dimitte. Sin autem, dele.* Ba habet *domine, domine* et pro *grande* Bb *magnum*. Legebatur ante Manut. *hic populus delictum grande*. Voc. *delictum* abest ab ed. Daventr. Verba: *et fecerunt sibi deos aureos*, quae in nonnullis libris scriptis et editis adduntur, desunt in codd. W. Macd. Bab, in quattuordecim Baluzianis et in vett. edd., item in Erasm. Grav. atque Manut. Ceterum Mb et quidam libri mss. a Baluzio inspecti post *aureos* adiiciunt *et argenteos*. Ex his satis intelligi potest totum hoc enuntiatum, quo opus non est, ex marg. in textum irrepsisse. Quare expungendum putavimus. 4) *et* om. Mb et A. Dein *nunc dimittes* exhibent W. Ba et a pr. m. Ma; in mg. autem W a r. m. *dimittens*. Ita et Ma in ord. ex mutat. r. m. 5) A *de libro suo*. Sed scribi potius debuerat *tuo*. Habent LXX ἐκ τῆς βίβλου σου ἧς ἔγραψας. Ceterum *de libro, quem scripsisti* item legitur in epist. ad Fortunat. Cap. IV. et ad Quirin. I. 1. 6) *ad Moysem* Mc. 7) *si qui* pro *si quis* W.

meo. Ille amicus dei, ille [8]) facie ad faciem locutus saepe cum domino, quod petit impetrare non potuit, nec dei indignantis offensam sua deprecatione placavit. Hieremiam [9]) deus laudat et praedicat dicens [10]): *Prius quam te formarem in utero* [11]), *novi te, et prius quam exires de vulva, sanctificavi te, et prophetam in gentibus posui te;* et [12]) eidem pro peccatis populi deprecanti frequentius et oranti: *Noli*, ait [13]), *orare pro populo hoc et noli postulare pro eis in prece et oratione, quia non exaudiam in tempore, in quo invocabunt me, in tempore adflictionis suae.* Quid vero iustius Noe, qui, cum repleta esset terra peccatis, solus inventus est iustus in terris [14])?

Ma. Ba et pr. Mc. Tum Ba et Mc *delinquit*, W et Md c. editis fere omnibus *deliquit*, Ma et Bb *deliquid*, Mb c. A, ut Baluz. et Goldh., *deliquerit*. Est in Graec. εἴ τις ἡμάρτηκεν. 8) *ille* om. Ba. Mox *locutus est — cum deo* scribitur in Mb. Edd. Gravianam antecedentes exhibent *locutus cum deo*, Grav. autem his vocabulis praefixit *saepe*. Dein pro *petiit* ex Mabc receptum *petit*, ut supra. Ita pr. exhibebat etiam W. Proxime in A perperam legitur *indignatus*. Tum Mc habet *placuit*, in mg. autem a r. m. *pacavit*, quod tenent libri ante Grav. editi. 9) *Hyeremiam* Ba et Mc, *Ieremiam* Mad. Statim *dominus* pro *deus* W. Mbc et Bb. 10) Hierem. 1, 5. 11) *in utero* corr. m. supra adiecit in W. Dein *et* om. Mc, moxque *de vulfa*, *sacrificavi te* scribit Mb. Tum *in gentes* (ita et Ba) W a corr. m. inter vers. habet. Pro *posui* in A. et edd., quae Manutianam praecesserunt, est *dedi*; item pr. scriptum fuit in Ma. 12) *hinc* pro *et* A. Dein *idem* a m. pr. W et Ma; a sec. ille *eidem*, hic *eodem*. Syllabam *ei* etiam Mb ab al. m. habet. Paulo post mendose *ornanti* A. Tum *ait dominus: Noli orare* Mb. 13) Pamelius ex cod. Cambron. addidit *dominus*. Male. Ceterum vid. Hierem. 7, 16. Proxime post *noli* librarii incuria ex verbis praecedentibus repetitum *ait* in W. Dein *exaudiam eos* dat Ver., *exaudiam te* Ma. Verba seqq.: *in tempore — — — invocabunt me* desunt in A. Praeposit. ante *quo* om. Ver. Neap. W. Mb. 14) Abest *in terris* ab A. Respexit nimir. Noster Gen. 7, 1.

Quid gloriosius Daniele [15])? Quid [16]) ad facienda martyria in fidei firmitate robustius, in dei dignatione felicius, qui totiens et cum confligeret vicit et cum vinceret supervixit? Quid Iob in operibus promptius, in temptationibus fortius, in dolore patientius, in timore submissius [17]), in fide verius? Nec his [18]) tamen, si rogarent, concessurum se deus dixit. Cum propheta Ezechiel [19]) pro delicto populi deprecaretur: *Terra,* inquit [20]), *quaecumque peccaverit mihi, ut delinquat delictum, extendam manum meam super eam, et obteram sta|bilimentum panis, et in-* 188
mittam in eam famem, et auferam ab ea hominem et pecora. Et si fuerint tres viri hi [21]) *in medio eius,*

---

15) *Danihele* W. Mabc. Bab. Vid. Dan. 10, 11. 16) *qui* Ba et pr. W c. Ma, *quid illo* ex cod. Afflig. Pamel., quem secuti sunt editores posteriores; *quid eo* Grav. Sed *illo* et *eo* mera sunt glossemata, quae iure om. codd. nostri, item edd. vett. et Erasm. Manut. atque Morell. Tum *nisi dei* Md, *in fide* A. Deinde *quid in dei dignatione* Ver., *domini* pro *dei* Mb, *dignitate* Bb. Mox Mc om. *totiens* pro quo *toties* habent Grav. Morell. Balux. Goldh., itemque seq. *et* Mb. 17) *summissius* W. Mbd. A. Item ed. Daventr. Rell. vett. *summissimus*. Vid. Iob 1, 1. seqq. 18) *hijs*, ut solet, A c. ed. Davęntr. Pro *si rogarent,* quod om. Ver., Mb scribit *et si rog.* Dein *dominus dixit* Mb c. A. 19) *profeta ezechihel* W. Mb. Bab. 20) *inquid* W et Ma. Exstant haec prophetae verba Cap. 14. v. 13 — 14. Mox *ut* ab al. m. supra additum est in Mc. Abest *delinquat* ab A. In seqq. pr. scriptum fuit *opteram* in Mb. Idem deinceps habet *stabilitatem*. Voc. *panis* a r. m. superscriptum in Mc. Statim *et mittam* praebet Md. Voculae *ab eo* (sic pro *ab ea*) item *et* ex corr. supra sunt adiectae in Mc. Pro *hominem*, quod Graeco voc. ἄνθρωπον ap. LXX convenit, Mb dat *homines*. Dein *peccora* scribitur in Ma et Bb. 21) *hi* (*hii* Ma. Ba et A c. ed. Daventr.) om. Bb. Edd. Venet. 1. 2. Kunn. Remb. Erasm. et Grav. exhibent *ii*. In Ver. additur *iusti,* quod glossam sapit. Tum prius *et* om. Md, ut libri ante Manut. editi. *Danihel*, ut supra, exhibent W. Mbc et Bab. In seqq. *sed ipsi* Mb.

Noe et Daniel et Iob, non liberabunt filios, neque filias, ipsi soli salvi erunt. Adeo non omne, quod petitur, in praeiudicio [22]) petentis, sed in dantis arbitrio est.

XVII.

diem luctu transigere, vigiliis noctes ac fletibus ducere, tempus omne lacrimosis lamentationibus occupare, stratos solo adhaerere cineri, in cilicio et sordibus volutari, post indumentum Christi perditum nullum iam velle vestimentum, post diaboli cibum malle ieiunium, iustis operibus incumbere, quibus peccata purgantur, eleemosynis frequenter insistere, quibus a morte animae liberantur. Quod adversarius auferebat [8]) Christus accipiat. Nec teneri [9]), iam, nec amari patrimonium debet, quo quis et deceptus et victus est. Pro hoste vitanda res [10]), pro latrone fugienda, pro gladio metuenda pos|sidentibus et veneno. 193
Ad hoc [11]) tantum profuerit quod remansit, ut inde crimen

---

noctis pro *noctes*. Statim *et fletibus* A. Mox idem *lacrimis*. Exin *stratos solo* W c. edd. Erasm. et seqq., *stratus solo* Ma, *strato solo* rell. omnes, ut vett. edd. Tum *adhaerere cineri, in cilicio* W. Macd et Bab, item edd. ante Baluzianam, in qua exstat *adh., in cinere et cilicio et sordibus volutari.* Alteram lectionem recepit etiam Goldh. *Adh. cinere, et cilicio* habet Mb, *adh. cineri et cilicio* A, *et in cilicio* Ver. 1. Dein *volutari et sordibus* Md, ut edd. vett. c. Erasm., *voluptari* Mc, *volutare* Mb. Paulo post recepi *vestimentum* pro *vestitum* e codd. W. Mac. Bab. Proxime *malle ieiunare* exhibet Mc. Mox *purgantur* in Mb r. m. mutavit in *purgentur.* Tum *elemosinis* scribunt W. Bab. Md. A, *elimosinis* dat Mc, *aelymosinis* Ma, *elymosinis* Mb. In seqq. *aliberantur* (sic) Ma, *liberantur* a m. pr., ab r. *liberentur* Mb. 8) *aufferebat* A. 9) *teneri* ab al. m. in ras. habet Mb. Deinde *quo vis* primo scriptum fuit in Mc. 10) *vitanda res est* Mc. Tum *ut veneno* Ba, *et veneno* om. Mb. Erasmus ex libro, ut vidi, Daventriae typis excuso dederat *et vendenda,* quod probavit Pamelius, recepitque Rigaltius, qui in Observatt. p. 162 adnotavit haec: „Sic Pamelius edidit, perperam. Manucius ediderat: *Pro gladio metuenda possidentibus et veneno.* Rectissime: atque ita legitur in optimis exemplaribus, et mens auctoris hoc flagitat.“ Confirmatur haec lectio codicibus rell. nostris, sexdecim Baluzianis et undecim Anglicis, quibuscum faciunt edd. vett., item Grav. Manut. Morell. Oxon. Baluz. Goldh. 11) *Pa-*

et culpa redimatur. Incunctanter et largiter fiat operatio, census omnis in medelam [12]) vulneris erogetur, opibus et facultatibus nostris qui de nobis iudicaturus est dominus fæneretur. Sic sub apostolis fides viguit, sic primus credentium populus Christi mandata servavit; prompti [13]) erant, largi erant, distribuendum per apostolos totum dabant, et non talia delicta redimebant.

XXIX.

Si precem toto corde quis faciat, si veris paenitentiae [1]) lamentis et lacrimis ingemescat, si ad veniam delicti sui dominum iustis et continuis operibus inflectat,

trimonium ad hoc A. Dein *vendendum* (ita ab al. m. in ras.) *profuerit* Mb. 12) *in medellam* Mac et pr. W c. ed. Manut. (vid. Adnot. 1. ad Cap. XXIII. et XXVII. n. 11.), *in medella* pr., ex mutat. *in medela* Mb, *in medela* Ba. Deest in A *opibus*, cuius loco in Md exstat *operibus*, ut in ed. Morell. Mox *de bonis* pro *de nobis* scribit idem liber. Exin *dominus feneretur* Mb. Bb. A. Manut. Pamel. Rigalt. Oxon., *dominus faeneretur* Ba, *dominus foeneretur* Morell., *domino fen.* W. Mcd c. edd. SP. Venet. 1. 2. Remb., *domino foen.* Ma. Erasm. Grav. Baluz. Goldh., *domino fenoretur* ed. Daventr. Sed vera lectio est *dominus*. Similiter Noster de opere et eleemosynis p. 242: *Si enim deus eleemosynis pauperum faeneratur*. De habitu virginum Cap. VIII. p. 176: *Patrimonio tuo deum faenera*, ubi vid. adnotat. De orat. domin. p. 214: *Nam quando quis misereiur pauperis, deum faenerat.* Plura de hoc loquendi modo dedit Gronovius in libro saepius laudato p. 559 sq. De scripturis *fenerare* et *faenerare* adi Varron. de lingua Lat. VII. 96. 13) *promti* Ma. Mox *ad distribuendum* A, *distribuendo* Ma. Deinde *tm* (ex corr. r. m. superscr. *totum*) Mc. Statim post *non alia* Ba. Tum *delicta* (ab al. m.) W.

XXIX. 1) Hanc vocem om. Bb. Pro *lamentationibus* recepi *lamentis* e W. Mabc. Ba. Deinde *ingemescat* (pro vulg. *ingemiscat*) e cod. W, nec aliter pr. legebatur in Mb. Vid. ad Cap. XXV. n. 1. Paulo post Bb pro *dominum* habet *deum*. In seqq. partic. *et* ante *misericordiam* om. A.

misereri talium potest qui et misericordiam suam protulit dicens [2]): *Cum conversus gemueris* [3]), *tunc salvaberis et scies ubi fueris.* Et iterum [4]): *Nolo mortem morientis* [5]), *dicit dominus, quantum ut revertatur et vivat.* Et Ioel [6]) propheta pietatem domini domino ipso monente declarat: *Revertimini*, inquit [7]), *ad dominum deum vestrum, quoniam misericors et pius est et patiens et multae miserationis et qui sententiam flectat adversus malitias inrogatas.* Potest ille [8]) indulgentiam dare, sententiam suam potest ille deflectere. Paenitenti, operanti [9]), roganti potest clementer ignoscere, potest in acceptum referre quicquid pro talibus et petierint martyres et fecerint sacerdotes. Vel si quis plus [10]) eum

---

2) Ezech. 3, 11. 3) Ita W. Mabc. Ba. Vulg. *ingemueris.* Convenit enim *gemueris* verbo Graeco ϛενάξῃς ap. prophetam. Ceterum conf. adnotat. 13. ad Cap. XIV. Dein pro *salvaberis* Bb scribit *salvus eris.* Tum *sciens* pr. exhibebat Mc. 4) Additur *dicit* in Mb. Vid. Ezech. 18, 23 et 32. 5) *morientis mortem* Bb. Pro *morientis* cod. A dat *peccatoris.* In Graec. est τοῦ ἀσεβοῦς. Mox *ut* om. W. Ma. Dein *ut vivat* habet A, *et mutat* W. 6) *et* (a r. m.) *iohel* Mc. Vid. *Ioel* 2, 13. Pro *declarat* A offert *dederat.* 7) *inquid* Ma. Voc. *deum* om. idem. Paulo post *et* ante *patiens* in eodem excidit. Mox *sententiam suam* exhibet A, *sententias* sine *flectat* Ma. Tum *maliciam irrogatam* A, item edd. pr., Daventr., Remb. Erasm. Morell., *malitias irrogatas* primus scripsit Gravius. Mendose *malitias inrogatam* dat Ma c. Ba, *malicias irrogatam* Mc, *malitias irrogatam* Md. 8) *Potest etiam ille* Mb. Statim *dare sententia sua, potest ipse se deflectere* Mc, *sententiam potest ipse defl.* A; *ipse* pro *ille* scribunt etiam Mabd. Bb et W, in quorum novissimo *ille* in *ipsé* mutatum est. Ad *deflectere* cod. Moyssiacensis teste Baluzio addit *delicta remittere.* 9) *operanti* om. Mb. A. In seqq. legitur *potest acceptum referre* (superscr. ab r. m. *fieri*) in Mc, *pot. acceptum ferre* Erasm. Grav. Morell., *pot. accept. fieri* in Md et antiquis edd. Dein *quidquid* habet Mb. Tum *et pro talibus quesierunt* (sic) A. 10) *plus* om. A, *eum plus* habet ed. Daventr.;

suis satisfactionibus moverit, si eius iram, si indignantis offensam iusta deprecatione placaverit, dat ille et arma rursum, quibus victus armetur, reparat et corroborat vires, quibus fides instaurata vegetetur. Repetet [11]) certamen suum miles, iterabit aciem, provocabit hostem, et quidem factus ad praelium fortior per dolorem. Qui sic deo [12]) satisfecerit, qui paenitentia facti sui, qui pudore delicti plus et virtutis et fidei de ipso lapsus sui dolore conceperit, exauditus et adiutus a domino, quam contristaverat nuper, laetam faciet Ecclesiam; nec iam solam dei veniam merebitur, sed coronam.

---

si ante *indignantis* abest a Bb. Mox pro *placaverit* in A exstat *placuerit,* nec aliter pr. exhibebant Mbc. Statim cod. Lamonii scribit: *dat ille arma iustitiae, quibus iustus armetur.* Deinde Ba *rursus,* e quo enatum est *rursum* in Ma. Neutrum reperitur in A. Tum *praeparat* habet Ba. Ante *fides* in Mc male repetitur *vires.* Statim Ma et A perperam scribunt *vegetur.* Et ita pr. legebatur etiam in W et Mc. 11) *Repetat* Ma, *repetet et* Md, ut edd. Gravian. antecedentes et Morell., *repetet* ^{et} *certamen* (*et* a corr. m. supra add.) Mc. Tum *iteravit* (ita pr. etiam Ma) et ex corr. *provocabit* W, *iteravit — provocavit* Ba, *iterabit* (hoc verbum cum praecedentibus coniungens), ^{in} *aciem* (praepositione a corr. m. superscr.) *prov.* Mc; *in acie* Md. Mox *iam factus* Ba. Deinde *forcior ad predium* (sic) A. Tum *post dolorem* Neap. 3., *pro dolore* pr. Mc. 12) *domino* Ver. Proxime *paenitentiam — pudorem* Bb. Pronom. relat. *qui* a corr. m. additum est in Mc. Tum *delicti* (ab al. m.) habet W, *delicti sui* scribit A. Deinceps *plus virtutis et fidei* correctum est e *plus et virt. fid.* in Mc, *virtutis fidei prolapsus* dat Bb, *lapsu suo* Mb, nec multo post *quam quō contristaverat* A. Mox *Ecclesiam* recte habent edd. pr. Manut. Pamel. Rig. Oxon., *ecclesiam* rell. Conf. Cap. II. init. et Cap. VII. *Ne* pro *nec* Venet. 2. Remb. Proxime *soli* A. Deinde *sed coronam* W. Mabd. Bab. A editique libri excepto Baluz., ubi legitur *sed et coronam,* ut in cod. Mc. Vid. Ramshorn, Gramm. Lat. Tom. II. §. 190. B. 2. c. p. 833.

DE
HABITU VIRGINUM *).

I.

Disciplina custos spei, retinaculum fidei [1]), dux itine- 173
ris salutaris, fomes ac nutrimentum bonae indolis, magistra virtutis, facit in Christo manere semper ac iugiter deo vivere, ad promissa caelestia et divina praemia per-

*) Ita W. Mac. SP. Venet. 1. Remb. Erasm. Grav. Manut. Oxon. Goldh. *INCIPIT De HABITU VIRGINUM FELICITER* Seguier. l. c. *Liber de habitu virginum* S. Augustinus de doctrina Christiana IV. 21. §. 48. Tom. III. P. I. p. 85. E. *De habitu virgineas* (sic) Venet. 2. *De disciplina, moribus et habitu virginum* ed. Daventr. *De disciplina et habitu virginum* B. Morell. Pamel. Rigalt. *De discipl. et de habit. virg.* Md. *DE DISCIPLINA ET HABIT. FÆMINARUM* Ver. *INCIPIT DE HABITU ET DE DISCIPLINA VIRGINUM* Mb. *Epistola secunda de disciplina ad virgines* A.

I. 1) *retinaculum fidei* om. A. Vocc. *salutaris fomes* male iungunt Mb et B, distinctionis notam ante *salutaris* ponentes. Pro *fomes* Ma scribit *comes* moxque *bona indolis* (sic), Seguier. *bonae indolens* (sic). Deest praepositio ante *Christo* in A et v. *manere* in Ma. Tum *in deo* habent Vat. 3. et ed. Daventr. Coniunctionem *et*, quam post *vivere* adiecerunt Rigalt. Baluz. et Goldh., recte om. W. Macd. Ba. A, item edd. rell. Seq. *et* (ante *divina*) in Mc. r. m. superscripsit, *ac divina* habet A, *et ad divina* ed. Baluz. c. Goldh. refragantibus libris scriptis ceterisque editis. Voc. *praemia* pr. omissum correctoris manus ad mg. adiecit in Mc.

venire. Hanc et sectari salubre est [2]), et aversari ac neglegere letale. In psalmis loquitur spiritus sanctus [3]): *Continete disciplinam, ne forte irascatur dominus et pereatis a via recta* [4]), *cum exarserit cito ira eius super vos.* Et iterum [5]): *Peccatori autem dixit* [6]) *deus. Ad quid* [7]) *exponis iustificationes meas et adsumis testamentum meum per os tuum? Tu autem* [8]) *odisti disciplinam et abiecisti sermones meos retro.* Et denuo legimus [9]): *Disciplinam qui abicit* [10]) *infelix est.* Et de Salomone [11]) mandata sapientiae monentis accepimus: *Fili, ne neglegeris* [12]) *disciplinam domini, nec defeceris ab*

---

2) Om. A. Dein *adversari* dant Mbd et A, quibuscum conspirant cod. S. Arnulphi, Becc. Thuan. Fossat., nec aliter legitur in edd. Daventr. et Morell. Statim *et negligere* exhibet Mc, mendose *negliere* A. Formam *neglegere* pro vulg. *negligere* recepi ex W et Mab. *Letale* (ita Mcd. A et pr. W c. Mb) scribendum esse, non *lethale,* ut solet Baluzius, monuit Kreyssigius Comment. de C. Sallust. Crisp. histor. Lib. III. Fragm. etc. p. 146. 155 et 215. Fluctuant in his Nostri libris codd. mss. ubique fere inter *letale, laetale* (ita h. l. Ma et B) et *loetale,* quod a r. m. habent W et Mb. Additur *est* in libro novissimo. Cf. infra ad Cap. X. n. 14. 3) *spiritus sanctus dicens* Ver. Vid. Psalm. 2, 12—13. 4) *de via* Md. *vel recta* Dein *iusta* cod. S. Arnulphi, *iusta* A. Pro *cito* Mb et Vat. 2. *in brevi* et *dei* pro *eius* A. Statim *super nos* W. Md. 5) Psalm. 49, 16—17. 6) *dicit* W. Mabc. A. Tum *dominus* pro *deus* Mc. *vt* 7) *ad quid* (*vt* a r. m. superscr.) Mc, *ut quid* codd. S. Arnulphi, Becc. Md, item edd. vett. Erasm. Grav. Morell., *ad* (e corr. al. m. in litura) *quid tu exponis* W. — *tu vel exponis enarras* B, *expones* pr. Mb. Dein *adsumis* (vulg. *assumis*) W et Ma, *adsumes* Mb. 8) *Tu vero* Mbc. Tum *proiecisti* ed. Daventr. Deinde *retrorsum* A, *post te* Mbc. 9) Sap. 3, 11. 10) *abiecit* Ma, *abicit* rell. omnes. Vulg. *abiicit.* Statim *infoelix* Mc. 11) *solomone* Mb. Mox *accipimus* W. B. Mcd. A. Vid. Prov. 3, 11—12. 12) *non neglexeris*

eo correptus. Quem enim [13]) *diligit dominus corripit.* Si autem deus [14]) quem diligit corripit, et corripit ut emendet; fratres quoque et [15]) maxime sacerdotes non oderunt, sed diligunt eos, quos corripiunt ut emendent, quando et dominus per Hieremiam ante praedixerit et tempora nostra significaverit dicens [16]): *Et dabo vobis pastores secundum cor meum, et pascent vos pascentes cum disciplina.*

II.

Quod si in scripturis sanctis [1]) frequenter et ubique disciplina praecipitur, et fundamentum omne religionis ac fidei de [2]) observatione ac timore proficiscitur, quid cu-

---

noli
Md, *ne neglegere* (*noli* ab r. m. superscr.) W. Formam *neglegeris* (vid. Freund. Wörterb. d. Lat. Spr. v. *negligo*) pro *neglexeris* recepi ex Ma. Pro *domini* W. Mabd. A exhibent *dei*. Mox *a deo* correptus Md. 13) Deest *enim* in A. Recte *dominus* (vulg. *deus*) W et Mb. Statim *et corripit* A, *corripit et castigat* B. 14) Sic libri et manu exarati et typis excusi. Sed scribendum videtur *dominus*. Verba: *Si autem deus quem diligit corripit* desunt in A. *Si autem quem diligit deus* habent cod. Mb et ed. Daventr. Pronom. relat. *quem* in Mc r. m. supra lin. addidit. Dein *et sic corripit* praebent edd. vett. c. Daventr. Erasm. Grav. et Morell. Pro *sic*, quod in Mc r. m. supra adiecit, Pamelius ex Ms. dederat *ad hoc* eumque temere secuti sunt Rigalt. Oxon. Baluz. Goldh.; nam voculae *ad hoc*, quas W. Mabd. B, item ed. Manut. omittunt, ut *sic*, meram glossam sapiunt. 15) *et* defit in A. Dein *non oderint* scribit Ma moxque A *et* pro *ut*. Tum *dominus* (vulg. *deus*) receptum e W. Mabc. B. Statim *iheremiam* habet ed. Daventr., *ieremiam* Md c. A. Deinde *praedixerat* Md. 16) Hierem. 3, 15. Desiderantur prophetae verba in A.

II. 1) Verba ista: *tam veteribus quam etiam novis*, quae adduntur in exemplaribus Erasm. Grav. Manut. Pamel. et Rigalt., codd. nostri, quibus accedunt duo Ver., merito non agnoscunt. 2) *de* superscriptum a r. m. in Mb.

pidius adpetere, quid magis velle ac tenere nos [3]) convenit, quam ut radicibus fortius fixis, et domiciliis nostris super petram robusta mole solidatis, inconcussi ad procellas et turbines seculi stemus, ut ad dei munera per divina praecepta veniamus, considerantes pariter ac scientes quod templa dei sint membra nostra, ob omni faece contagionis antiquae lavacri vitalis sanctificatione purgata, nec violari ea aut pollui fas sit, quando qui violat, et ipse violetur. Eorum nos [4]) templorum cultores et antistites sumus. Serviamus illi, cuius esse iam [5]) coepimus. Paulus in epistolis [6]) suis dicit, quibus nos ad curricula vivendi per divina magisteria formavit: *Non estis vestri* [7]*); empti enim estis magno. Clarificate* [8]) *et por-*

3) ***nos*** om. W. In seqq. A male scribit ***fixus***, ***eciam***. Tum ***nostris*** a corr. m. supra adiectum in W. Statim ***supra petram*** offert A. Paulo post ***ad procellarum turbines*** Mb. Idem ***et*** pro ***ut***, quod W. Ma et B omittunt, Mc autem a r. m. habet. Lectionem ***ad dei munera*** confirmant codd. nostri omnes et quattuor Italici, ***ad domini m.*** habet Ver., ***ad Christi m.*** dant Manut. c. edd. praecedentibus, item Pamel. Rigalt. Oxon. Mox ***consideramus*** A. Deinde ***sint*** corr. manui debet W, ***sunt*** scribit A. Pro ***membra*** Mc a r. m. in mg. habet ***munera***. Proxime ***cogitationis antique*** ed. Daventr., ***antiqui*** A. Excidit ***vitalis*** in Ma. Tum ***nec pollui*** praebet A. Mox ***et*** ante ***ipse violetur*** idem liber om. 4) ***Etenim nos*** Mc. Dein ***antestites*** Ma. 5) ***illico esse iam*** A, ***iam esse*** Mbcd. 6) ***epistulis*** Ma et pr. Mb. Mox ***ponit et dicit*** ed. Daventr. Post ***quibus nos*** W. Ma. B et tres antiqui Baluziani male addunt ***successimus***, in Mb deletum est ***successibus***. Vid. 1. Cor. 3, 16—17. 7) ***nostri*** A. Idem liber et Ver. (teste Rigaltio) om. ***enim***. Dein Mbcd exhibent ***praecio magno***, A, Pamelius et Rigaltius ***precio m.***, tres codd. Ital. ***pretio m.***, item edd. Oxon. Baluz. Goldh. Inverso ordine Ma ***magno p̄tio***, B c. ceteris editis, si excipias Manutianum, ***m. precio***. Sed v. ***pretio*** a codd. Ver. et W, nec non ab ed. Manut. merito abest; redolet enim meram glossam, quae ex mg. in textum irrepsit. 8) ***Clarificate*** et

tate deum in corpore vestro. Clarificemus et portemus deum puro et mundo corpore [9]) et observatione meliore, et qui per sanguinem Christi redempti sumus, per omnia servitutis obsequia redemptoris inperio pareamus demusque operam, ne quid inmundum et profanum templo dei inferatur, ne offensus sedem, quam inhabitat, derelinquat. Sospitantis domini verba sunt et docentis [10]), curantis pariter et monentis [11]): *Ecce*, inquit, *sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi* [12]) *deterius fiat.* Dat vivendi timorem [13]), dat innocentiae legem, postquam con-

---

in seqq. *clarificemus* pro *glorificate et glorificemus* e septemdecim vett. Mss. et ex ed. Morell. restituit Baluzius. Nec aliter legitur in nostris libris excepto Mb, in quo *clarificate* mutatum est in *glorificate,* et teste Rigaltio in cod. Ver. In mg. autem Gottingensis exemplaris ed. Manut. reperi quidem eandem lectionem, sed sine ullo codicis indicio. Verba *et portate* om. Md. Pro *deum* et hic et in seqq. edd. vett. c. Erasm. Grav. atque Morell. exhibent *dominum.* *corde* Deinceps A scribit *in corde vestro.* 9) *puro et mundo* (*corde* a m. saeculi XIII. supra adiecto) dat Mb, *p. et m. corde et corpore* exstat in edd. vett., Erasm. et Grav., *p. et m. corde et opere* in Morell., *pectore* pro *corpore* in libro Flori, *corpore nostro* in A, qui proxime scribit *ut qui.* Part. *et,* quae in ed. Manut. excidit, Gotting. exemplar in mg. adscriptam habet. Voces *domini nostri,* quas edd. Baluzianam antecedentes post *Christi* addunt et Gallicus editor tacite expunxit, non agnoscunt nostri codd. omnes et Ver. 2. Mox *obsequia* rec. illa m. supra adscripsit in Mb. Verba *demusque operam* om. cod. S. Arnulphi. 10) *exdocentis* pro *et docentis* A. Statim *curantis* deest in Mbd et A. 11) Joann. 5, 14. 12) *ne tibi* A. 13) Ita Ver. W. Mabc. B. Vat. 4. A et ed. Oxon. Conf. Gronov. Observatt. p. 571. *Vivendi morem* exhibent Md et editi ante Oxon., *vivendi tenorem* e cod. Burgund. recepit Baluz. Paulo post *nec avenis* dat Ma. Tum *et resolutis* (*et* a r. m. superscr.) Mc, *resolutum* W et Mab. Deinceps *pervagari* Md. In seqq. v. *gravius* Mb a r. m. in ras. habet.

tulit sanitatem, nec habenis liberis et solutis vagari postmodum patitur, sed ipsis potius, quibus sanatus fuerat, mancipato gravius comminatur quod sit scilicet [14]) minor culpa deliquisse ante, cum necdum nosses disciplinam dei, nulla sit venia ultra delinquere, postquam deum nosse coepisti. Et quidem hoc tam viri quam mulieres, tam pueri quam | puellae, sexus omnis [15]) atque omnis aetas 174
observet et curet pro religione et fide, quam deo debet, ne quod sanctum et purum de domini dignatione percipitur minus sollicito timore teneatur [16]).

III.

Nunc [1]) nobis ad virgines sermo est, quarum quo sublimior gloria est, maior et cura est. Flos est ille [2])

---

14) *scilicet* om. A. Proxime *quō necdum* idem liber et *nosset* Ital. 2. Pro *dei* Mc *domini*. Tum *nullaque* A. Mox *dominum nosse* Ital. 3., item edd. vett. c. Erasm. Grav. atque Morell. Dein *cepisse* Md. 15) *omnis sexus* Mc, *omnis sexus omnisque aetas* A. Tum *atque curet* idem, *atque procuret* edd. vett. c. Erasm. et Grav. Statim *relegione* pr. Mb. Proxime *domino debet* codd. Ital. 2, itemque edd. Manutiana antiquiores et Morell. Pro *sanctum* A perperam *factum*, B *purum et sanctum*. Deinde *minus caute et sollicito timore* cod. Turon. 16) Ex cod. Afflig. [non Cambron., ut legitur ap. Baluz. p. 524.] et vet. excus. [nimir. Daventr.] Pamelius addidit haec: *quia scriptum est: Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit*, assentientibus Rigaltio et Fello, improbante tamen Baluzio, idque iure merito; deest enim additamentum istud ubique in codd. ab eo collatis, item in novem Anglicis et in nostris omnibus.

III. 1) *Hunc* A. Tum *gloria, et maior cura est* Md, *gloria, maior* edd. vett. c. Erasm. Grav. atque Morell. Perperam *tuta* pro *cura* A. *Est* h. l. om. Fr. Emm. 2. et S. Augustin. de doctr. Christ. IV. 21. §. 47. T. III. P. I. p. 84. E. assentientibus codd. Frising. Windberg. Palatin. 2) *illi* A, *illic* Ma, *illa* codd. Frising. et Windb. in August. l. c. Paulo post *spiritualis* Mc. In seqq. *atque*

ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gratiae spiritalis, laeta indoles, laudis et honoris opus integrum atque incorruptum, dei imago respondens ad sanctimoniam domini, inlustrior portio gregis Christi. Gaudet per illas atque in illis [3]) largiter floret Ecclesiae matris gloriosa fecunditas; quantoque plus copiosa virginitas numero suo addit, gaudium matris augescit. Ad has loquimur, has adhortamur [4]) adfectione potius quam potestate, nec quod extremi et minimi et humilitatis nostrae admodum conscii aliquid ad censuram licentiae vindicemus, sed quod ad sollicitudinem magis cauti plus de diaboli infestatione

---

corruptum Md. Mox *imago*, *sanctimonia* Ma, *ad per sanctimoniam* (*ad* a r. m. superscr.) Mc, *per sanctimonia* W, *ad sanctimonium* cod. S. Arnulphi et ex nostris B. Item Fr. Emm. 2. 3) *per ipsas atque in illis* S. Augustin., *et in illis* Fr. Emm. 2. Mox *gloriose* A. Dein *virginitas copiosa* idem liber, *gloriosa virg.* S. Augustin., *generosa v.* cod. Floriac. illic cit. Mox *tanto plus* ante *gaudium matris* om. W. Mac. B, item Thuan. Corb. et Fossat. conspirante ed. Manut.; *tanto* sine *plus* exhibent Md, duo Italici, Fr. Emm. 2. veteresque edd. c. Erasm. Grav. atque Morell.; *tantum* scribit Mb.; *tanto plus* (ita solus A) ex Augustin. l. c. primus recepit Pamelius. Male; omittunt enim etiam in Augustini l. c. codd. Fris. et Palat. *tanto plus*, Windberg. autem supra lin. habet *tantum*. Unde liquet vocabula *tanto plus, tanto* sine *plus* et *tantum* mera esse glossemata. Tum *augeasit* legitur in B. 4) *has adortamur* Fr. Emm. 2. *has hortamur* edd. Manutianam antecedentes et Morell., *has et hort.* A. Dein *afflictione* edd. SP. et Venet. 1. Proxime *nec quo* W. Ma. B, *ne quod* Mb, *nec quod* recte Manut., *non quo* Md et A, item edd. Erasmianam praegredientes, *non quod* Mc una cum edd. Erasm. Morell. Pamel. ceterisque recentioribus, *non quidem quod* Grav. Statim *ad extremi et inicium et humilitatis* A. Deest *admodum* in edd. ante Manut. omnibus. Mox *mendicemus* scribit A, *vendicemus* Mc. Deinde *sed quo* exhibent Md et exemplaria ante Erasm. edita. Tum *solicitudinem* simplici *l* comparet in A. Post *magis* Ver. addit *pertinent*.

timeamus. Neque inanis [5]) haec cautio est et vana formido, quae ad salutis viam consulit, quae dominica et vitalia praecepta custodit, ut quae se Christo dicaverint et a carnali concupiscentia, recedentes tam carne quam mente se deo voverint, consumment opus suum magno praemio destinatum, nec ornari iam aut placere cuiquam, nisi domino suo studeant, a quo et mercedem virginitatis exspectant dicente ipso: *Non omnes capiunt* [6]) *verbum, sed illi, quibus datum est. Sunt enim spadones* [7]), *qui*

---

5) Ita W. Mbcd. A editiõnesque vett. c. Remb. Erasm. Manut. Morell., *neque enim inanis* Grav. Pamel. Rigalt. Oxon. Baluz. Goldh., *quia* pro *enim* Ma. Quod sequitur *haec* abest a Mc et libris ante Grav. editis. Tum *formido vana* edd. ante Manut. omnes c. Morell. Deinceps *qui* (ab al. m. superscr. *quae*) W. *Salutis* in eodem enatum est ex *satis*. Pro *consulit*, cuius loco in Manut. est *consuluit*, vett. edd. excepta Daventr. perperam habent *contulit*. Mox *et dominica* W et Ma. Seq. *et* om. A. Paulo post Ma scribit *dedicaverint*, Mc *dicaverunt*. Tum *decidentes tam carne se quam mente deo* Md. Statim *voverunt* Mc. Deinde *consument* W. Macd. B. A et Fr. Emm. 2., *opus suum consumment* edd. SP. Daventr. Grav. Morell., *op. su. consument* Venet. 1. 2. Kunn. Remb. Erasm. Tum *magno destinatum praemio* A. Mox *ornari aut placere* W. Mabcd. Ver. 2., item edd. vett. c. Remb. et Morell., excepta Daventr., in qua est *ornare aut pl.* A offert *ornare ac pl.* Pro *aut* pr. fuit *ut* in W. In seqq. *ante mercedem* A. om. *et*. Dein male *spectant* Mc. Idem pr. habebat *dicentē*, A scribit *dicentes*. Quod sequitur *ipso* ab utroque abest. W et Ma exhibent *dicentis: Non*. 6) Matth. 19, 11—12. — *hoc verbum* edd. vett. c. Remb. Erasm. Grav. et Morell., *verbum hoc* Mad c. Vat. 2., *verbum domini* Ver. Neutrum agnoscunt W et rell. libri tam scripti, quam editi. 7) *Sunt enim spadones, qui coacti sunt ab hominibus et sunt spadones, qui nati sunt sic, et sunt spadones, qui se ipsos castraverunt* etc. habet Mb. Pro *matris sic nati sunt* (ita Grav. Pamelius, Rigalt. ceterique recentiores) Mc dat *matris suae nati sunt*. Contra *nati sunt sic* Ver. 1. Md et ad Quirin. III. 32. Mb, ubi *sic* vulg. deest. Omittunt *sic* W. Ma. B. A, item edd. vett. c. Remb. Erasm.

ex utero matris nati sunt sic, et sunt spadones, qui coacti sunt ab hominibus, et sunt spadones, qui se ipsos castraverunt propter regnum caelorum. Denuo quoque [8]) per hanc angeli vocem continentiae munus ostenditur, virginitas praedicatur: *Hi* [9]) *sunt qui cum mulieribus se non coinquinaverunt; virgines enim permanserunt* [10]). *Hi* [11]) *sunt qui secuntur agnum quocumque ierit.* Neque [12]) enim tantum masculis continentiae gratiam dominus repromittit et feminas praeterit, sed

---

atque Morell., in quibus legitur, *matris sunt nati*. Abest *sic* etiam a Manut., ubi exstat *nati sunt*. Equidem probo lectionem *nati sunt sic*, quae optime convenit Graecis verbis: *οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτως*. Seqq. *et sunt spadones, qui coacti sunt ab hominibus* om. A; *quo acti sunt* pessime scribit Ma. Libri ante Gravianum typis exscripti h. l. ita exhibent: *et sunt spadones, qui se ipsos castraverunt propter regnum caelorum, et sunt spadones, qui castrati sunt ab hominibus*, nec aliter legitur in ed. Morell. Ceterum *ipsos* deest in A. 8) In Mb addidit r. m. *iohanni*. Mox idem liber pro *angeli* (*archangeli* in duobus vett. invenit Baluzius) dat *angelicam*, W. Ma. B, tres Italici, novem Baluziani, vetus Morellianus praebent *evangelii*. Ita etiam Mc superscripto ab r. m. *angeli*. Mox *ibique praedicatur* Mb. Vid. Apoc. 14, 4. 9) *Hii* Mad. B. A c. ed. Daventr. Post *sunt* additur *inquit* in Ver. et Mb. Pronom. *se* ante *non coinquinaverunt* ex corr. supra lin. habet Md et invers. ord. *non se coinquinaverunt* B. 10) Ma scribit *sunt*. Est sane in Graeco *παρθένοι γάρ εἰσιν*. 11) *Hii* Ma et ed. Daventr. Dein *secuntur* codd. nostri omnes. Vid. Adnot. 8. ad libri de cathol. eccles. unit. Cap. XX. Mox *it* pro *ierit* Ver. 1. W et Md, *iit* Ma. 12) *Non* Mb. Deinde *masculis tantum — repromittit dominus* edd. ante Manut. omnes una cum Morell. Statim *praeteriit* Ma. Proxime *viri femina* Mc. Dein *fortio* B. Tum *ex ea* Mc, *ex quo exsumpta* A. Paulo post *ad protoplastum* om. W et Ma, *ad prothoplastum* (a r. m. e *prothoplastrum*) Md, *ad Prothoplastum* edd. vett. c. Remb., *prothoplaustum* A', *protoplaustum* Mbc. Vid. Gen. 2, 24. In seqq. B *et* [in] *masculo* habet. Abest deinceps *simul* a Vat. 1. et A.

quoniam femina viri portio est et ex eo sumpta atque formata est, in scripturis fere omnibus ad protoplastum deus loquitur, quia sunt duo in carne una et in masculo simul significatur et femina.

IV.

Quod si [1]) Christum continentia sequitur et regno dei virginitas destinatur, quid [2]) est illis cum terreno cultu et cum ornamentis, quibus dum hominibus placere gestiunt, deum offendunt, non cogitantes esse praedictum [3]): *Qui* [4]) *hominibus placent confusi sunt, quoniam deus nihil fecit illos*, et Paulum quoque gloriose et sublimiter praedicasse: *Si hominibus* [5]) *placerem, Christi servus non essem.* Continentia vero et pudicitia non in sola carnis integritate consistit, sed [6]) etiam in cultus et ornatus honore pariter ac pudore, ut secundum apostolum quae innupta est sancta sit et corpore et spiritu. Instruit [7]) et docet dicens: *Caelebs* [8]) *cogitat ea quae*

si

IV. 1) *Qui si* A, *quod sic* W. 2) *quod est* pr. Mb. Post *cultu* ed. Daventr. om. *et*. In seqq. exstat *dominum offendunt* in edd. ante Manut. omnibus, item in Morell. 3) Psalm. 52, 6. 4) *quia qui* B. Mox Mc *quia* pro *quoniam*. Tum *nichil* Md, statimque *eos* pro *illos* libri ante Manut. editi c. Morell. Dein edd. ante Grav. et Morelliana exhibent *Paulus quoque — praedicans dicit*. Coni. *quoque* om. A. Mox *praedicantem* dat Ver. Respicit Gal. 1, 10. 5) Additur *inquit* in Mb. Pro *placere vellem* cum W et Ma scripsi *placerem* (in Gr. ἤρεσκον), sicut legitur Ep. LV. p. 83. Ep. LXII. p. 104. Ep. LXIII. p. 109, et ad Quirin. III. 55. p. 320. in codd. W et B. Tum *servus Christi* exhibent W. Macd. B. 6) Om. A. Deinde *in cultu et ornatu* edd. vett. et Remb., *hornatus* Mac. Statim *et pudore* antiquae edd., item Remb. et Grav. Part. *ut* corr. m. superscripsit in Mb. Mox *sit* pro *est* Mc et A. 7) Ita W et Ma pro *instruit nos Paulus*. *Nos*, quod notatur e quattuor Italicis,

sunt domini quomodo placeat domino; qui autem matrimonium contraxit cogitat ea quae sunt mundi, quomodo placeat uxori. Et mulier et virgo innupta [9]) *cogitat ea quae sunt domini, ut sit sancta et corpore et spiritu.* Virgo non esse [10]) tantum, sed et intellegi debet et credi. Nemo cum virginem videt [11]), dubitet.

---

omissum in B. Md. A, erasum in Mb et superscriptum a r. m. est in Mc, idque recte expunxit iam editor Manutianae. Nec opus h. l. est nomine *Paulus*, cum vox *apostolus* e verbis praecedentibus subintelligi facile possit. Dein pro *et docet dicens* Mbc et A exhibent *et dicit*, ut legebatur ante Baluzium; *ac dicit* scribitur in Md. Vid. 1. Cor. 7, 32—34. 8) *Caeleps* Ma, *celeps* W et Mbd. Mox *quae dei sunt* edd. vett. c. Remb. Erasm. Grav. atque Morell. Rite *quae sunt domini* recentiores itemque codd. assentiente etiam Claromontano epistolarum S. Pauli. Sequitur igitur ut proxime *deo* mutetur in *domino*, quod flagitat Graecus textus et Claromontanus liber habet. Deinde Mb dat *matrimonio iunctus est*, Mc *matrimonium construxit*. Post *mundi* pron. demonstr. *huius* om. libri ante Grav. editi, nec male; videtur enim fluxisse ex glossa, ut coniici iam potest ex incerta vocis locatione, cum in cod. Mb, ut in Claromont., inverso ordine *huius mundi* et in Graeco textu nil nisi τὰ τοῦ κόσμου legatur. Dein *quo modo placeat* (*modo* ab al. m. supra addito) habet W. 9) *Sic et virgo et mulier innupta* edd. vulgg. Sed vocula *sic* abest a Ma, nec firmatur Graeco textu. Quare expunxi. Tum *et mulier et virgo innupta* alio ordine multo aptius scribitur in W. Mabcd. B. A, item in cod. S. Arnulphi, in Beccensi et in ed. Morell., eodemque modo legitur ap. Nostrum ad Quirin. III. 32. p. 316; habet enim Graecus textus: καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος καὶ ἡ παρθένος ἡ ἄγαμος. Proxima vocc. *cogitat ea* ab al. m. diversoque atramento supra lin. addita sunt in W. Mox *domini* deest in A. Statim *ut sint sanctae* scribunt W. Ma. B. Seq. *et* om. W. Mac et vett. edd. c. Remb. atque Erasm. 10) *est* A. Dein prius *et* om. Macd. Fr. Emm. 2. et A. Male Erasmus *credi, ut nemo*, eumque secuti sunt Grav. Morell. Pamel. Rig. et Oxon. 11) Ita Mabc, nec non edd. Manut. et Oxon., *videt* W, *vidit* B, *viderit* rell. libri et edd. Tum *an nupta aut virgo sit* Md et Gratianopolit.

an virgo sit. Parem se [12]) integritas in omnibus praestet, nec bonum corporis cultus infamet. Quid ornata, quid compta [13]) procedit, quasi maritum aut habeat aut quaerat? Timeat potius placere, si virgo est, nec [14]) periculum sui adpetat quae ad meliora et divina se servat. Quae virum [15]) non habent, cui placere se simulent, integrae et purae non tantum corporaliter, sed et spiritaliter perseverent.

V.

Neque [1]) enim virginem fas est ad speciem formae

---

12) *Talem se* cod. Seguier. Deinceps *infegritas* a m. pr., a r. *integritate* Mc. Idem liber pr. *nec*, post vero *ne*, quod legitur etiam in W et Ma. Post *bonum* Baluzius tacite adiecit *mentis*, *bonum sui corporis c.* olim *scripserat* Gravius. 13) *Quid compta*, *quid ornata* Md. 14) *ne* Md. 15) *viros — — cui* (sic) ed. Daventr. Pr. *habet* W. Dein *similent* A et ed. Daventr.; *simulent* pr., post vero *simulant* Mb, *simulant* etiam W et Fragm. Emm. 2. Tum *et integrae* Mc, *pudicae* pro *purae* Ver. 1. Pro vulgat. lectione *non tantum corpore*, *sed etiam spiritu*, quam non nisi in duobus libris vett. reperit Baluzius, e codd. W. Mabd. B. et Fr. Emm. 2. recepi *non tantum corporaliter*, *sed et spiritaliter*. Mc et A exhibent *non tant. corporaliter*, *sed et spiritualiter*. „Dissimulare non debeo, ait Baluzius, decem et novem vetera exemplaria, et in his Seguierianum, habere *non solum* (?) *corporaliter sed* (?) *spiritaliter*.“ Ceterum *corporaliter* et *spiritaliter* item in suis codd. invenerunt Morell. et Pamel., *corporaliter* et *spiritualiter* notatum est ex Vat. omnibus.

V. 1) *Nec* Fr. Emm. 2., in quo deinceps, ut in ceteris codd. nostris omnibus et apud S. Aldhelm. de laudibus virginitatis c. 56. (in eiusdem Opp. ed. Giles. p. 74), pro *fas est virginem* scriptum legitur *virginem fas est*. Mox *suae formae* habent exemplaria ante Manut. typis exscripta. Dein *comam nutrire* edd. vett. Statim *de carne eius et pulchritudine* B, *aut de eius pulcrit.* A; *aut* pro *et* edd. vett.; *et de pulchr. eius* Mb. Alterum *de* om. Fr. Emm. 2.

suae comi aut de carne et de eius | pulchritudine gloriari, 175
cum nulla sit illis magis quam adversus carnem conluctatio et vincendi corporis ac domandi obstinata certatio. Paulus [2]) forti ac sublimi voce proclamat: *Mihi* [3]) *autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo.* Et virgo in ecclesia de specie carnis ac [4]) de corporis pulchritudine gloriatur. Addit Paulus et dicit [5]): *Qui enim sunt Christi carnem* [6]) *crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis.* Et quae se concupiscentiis carnis [7]) et vitiis renuntiasse profitetur in isdem [8]) quibus renuntiaverat invenitur. Deprehenderis, virgo; detegeris. Aliud te esse [9]) iactas et aliud adfectas. Maculis te concu-

[illegible] *Pulcrit.* scribit W. Paulo post *illi* exhibent Balux. [illegible] a Mc abest, et codd. et edd. rell. omnes. Posuit [illegible] enallagen, quasi praecessisset *virgines*. Tum [illegible] *aut domandi* edd. Manutianam antecedentes, [illegible] W [illegible] pr. etiam Mb. 2) *Paulus quoque* Mb, [illegible] accedunt Erasm. Grav. et Morell. In Grav. [illegible] typis est excusa. Deinde in Ma [illegible] *fortia ac*. Pro *ac* in Md exstat *et*. Proxime [illegible] in W et Ma [illegible] 6. 14. 3) Addidit r. m. supra lin. in Mc, *michi* et hic et in [illegible] habet Md. Tum *domini mei* legebatur ante Gravium; dein *ihesu* solito more exhibet exemplar Daventr. Mox idem *michi mundus*. A *mundus mihi*. 4) *atque* edd. Manutianam praecedentes et Morelliana, *aut* Md. Statim *pulcritudine*, ut solent, W et A. 5) Gal. 5. 24. 6) Quod vulg. additur *suam* recte om. codd. Ver. 1. W et Mac, item B in L. III. ad Quirin. c. 64. p. 323; est enim in Graeco τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν. Conspirat etiam liber Claromont. 7) *carnis concupiscentiis* edd., quae ante Manut. prodierunt, et Morell. 8) Ita W et Mbd. *in hiisdem* A, *in iisdem* vulg. et Mc, *in eisdem* Ma. B atque ed. Daventr. Vid. Oehler. ad Tertull. Apolog. c. 15. p. 85, item ad nat. c. 14. p. 394 et c. 15. p. 397. 9) Ita pro *esse te* W. Mabc. B assentientibus libris ante Manut. editis et Morelliano.

piscentiae carnalis aspergis, cum integritatis [10]) candidata sis et pudoris. *Clama* [11]), inquit Hesaiae deus: *Omnis caro faenum* [12]) *et omnis claritas eius ut flos faeni. Aruit faenum et flos decidit* [13]). *Sermo* [14]) *autem dei nostri manet in aeternum.* Neminem Christianum decet, et [15]) maxime virginem non decet claritatem ullam conputare carnis et honorem, sed solum adpetere sermonem dei, bona in aeternum mansura conplecti. Aut si carne [16])

10) *cum integritatis* om. A., *cum affectu integritatis* in duobus libris vett. invenit Baluz., in aliis tribus *cum integritate candida sis et pudore.* Et ita primo scriptum fuit in Mc, nec aliter habet ed. SP., *cum integritate candida sis et pudoris* dant Ven. 1. 2. et Remb. c. Mc, in quo *pudore* ab r. m. mutatum est in *pudoris.* Mb offert *cum integritate* (sic primo, e corr. *is*) *candida sis et pudoris*, contra ed. Daventr. exhibet *cum integritatis gloria candida sis et pudoris.* Correxit Erasmus *cum integritatis candidata sis et pudoris*, hancque lectionem tuentur W. Mad. B et octo Baluzii, qui laudat *Tertullian.* L. II. ad uxor. [c. 7.]: *Ipse dei canditatus est timore,* et de baptismo [c. 10.]: *Agebatur itaque baptismus paenitentiae quasi candidatus remissionis et sanctificationis in Christo subseculturae.* Ceterum *candidata sis et pudoris* habet etiam A. 11) *Clamat* (ita pr. etiam Mb) *quoque esaiae deus* B, *clamat inquiens esayam dominus* Mc, *clamat inquit ysaiae deus* A, *ysaie* item Md et exemplar Daventr., *aesaie* Ma, *esaiae* W et Mb, *Esaiae* Remb. ceterique recentiores, *Hesaie* edd. SP. et Venet. 1., *Hesaiae* Venet. 2. Tum *deus* cum ed. Baluz. codd. W. Mabd. B. A et Ver. 2., *dominus* rell. editi. Vid. Hesai. 40, 6—8. 12) Ita constanter cod. Mb. Ceteri fluctuant inter *faenum, fenum* et *foenum.* Vid. Wagner. de orthogr. Vergil. p. 437. Tum *omnis gloria* Ma. 13) *cedit* Mc. 14) Ita codd. nostri et Ver. 2., *verbum* libri ante Pamel. editi. „Plerique libri vett., ut frequenter alibi, habent *verbum.* Vid. not. ad epist. 56. p. 464. et ad epist. 81. p. 521.“ *Balusius.* — Tum *dei* W, *dei nostri* (τοῦ θεοῦ ἡμῶν) recte Ma, vulg. *domini.* Dein *manebit* Md. 15) *vel* *et* W. Mab. B, *vel* (*et* a r. m. superscr.) Mc. Partic. *et* ante *honorem* om. Fragm. Emm. 2. moxque pro *dei* habet *domini.* Proxime *mensura compleli* A; *amplecti* Fr. Emm. 2. 16) Ita W et Mabd.

sit gloriandum, tunc plane, quando in nominis confessione cruciatur, quando fortior femina viris torquentibus invenitur, quando ignes aut cruces aut ferrum aut bestias patitur, ut coronetur. Illa sunt carnis pretiosa monilia, illa corporis ornamenta meliora.

VI.

Sed sunt aliquae divites et facultatum ubertate [1]) locupletes, quae opes suas praeferant et se bonis suis uti debere contendant. Sciant primo [2]) illam divitem esse quae in deo dives est, illam esse locupletem quae locuples in Christo est, bona illa esse quae sint spiritalia, divina, caelestia, quae nos ad deum ducant, quae nobiscum apud deum perpetua possessione permaneant. Ceterum quaecumque terrena sunt in saeculo accepta et hic cum saeculo [3]) remansura, tam contemni debent, quam

---

Vulg. *in carne.* Adv. *plane* om. A. Dein *Christi nominis* est in Md, *nominis domini* in edd. Daventr. Erasm. Manut. et Morell., *nominis dei* in Grav. Sed nihil tale addunt codd. Ver. Vat. 2. et nostri. Tum *confessionis gloriatur* mendose scribit A. In seqq. W habet *ignis.* Deinde *et cruces* Mc, *vel cruces* B. Mox *vel bestias* occupavit edd. omnes exceptis Baluziana et Goldhorniana.

VI. 1) *libertate* W et Mac. Paulo post *ut se* B. 2) *primum* Mb. B. Tum *deo* pro *in deo* Mab. Ver. 1. A., item edd. Erasm. antecedentes c. Morell. Mox *esse* post *illam* corr. m. supra adiecit in Md, et pro *locuples* Mc veteresque editi habent *locuplex.* In seqq. pro *quae sunt* recepimus *quae sint* e codd. W. Mabd et B. Tum *spiritualia* dant Mcd et A. Ante *divina* Mb infercit *et.* Mox in A *nos* deest. Statim Mb et Vat. 3. exhibent *ad dominum,* ut edd. Manut. antecedentes c. Morell. Dein pro *apud deum,* quod om. Ma, Ver. scribit *apud dominum.* Sequitur illico *perpetua mansione* in vett. edd. et decem libris antiquis teste Baluzio, in W autem et Ma *perpetua visione.* 3) Verba *et hic cum saeculo* in A desunt. Dein *condemni* et *condemnitur* (sic) exstat in W, *contempni* in Mcd. A et exemplari Daventr., moxque

mundus ipse contemnitur, cuius pompis et deliciis iam tunc renuntiavimus, cum meliore transgressu ad deum venimus. Ioannes [4]) nos excitat et hortatur spiritali et caelesti voce contestans [5]): *Nolite,* ait [6]), *diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. Si quis dilexerit* [7]) *mundum, non est caritas patris in illo, quoniam omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis est, et concupiscentia oculorum, et ambitio saeculi, quae non est a patre, sed ex concupiscentia mundi. Et mundus transibit* [8]) *et concupiscentia eius. Qui autem fecerit voluntatem dei* [9]) *manet in aeternum, quomodo et deus*

---

contempnitur in Mbcd. A. Tum codd. recte *deljciis* uno excepto W, in quo est *diliciis*, sicut primo fuit in Ma. Vulg. *delitiis*. Deinceps *iam cum* A, *iam tum* W et Md. Statim *renunciamus* A. Proxime *ad dominum* Md, tres Italici et edd. Manutiana antiquiores c. Morell. 4) Praemittunt *hinc* Md, duo Ital. veteresque editi c. Remb. Erasm. Grav. et Morell. Tum prius *et* defit in Mc. Idem et A exhibent *spirituali*. 5) Quidam codd. teste Baluzio et duo Ital. veteresque edd., item Remb. Erasm. et Grav. una cum Morell. praeferunt *corroborans*. Addunt tamen Erasm. et Grav. in mg.: „al. *contestans*." Cetèrum *Balus.* laudat Nostri librum de laps. p. 183. 6) *ait* om. W et Mac, *inquit* habet Mb. Vid. 1. Ioann. 2, 15—17. Tum *nec ea* Mc. 7) *Si quis autem diligis* (sic) A. Post *mundum* Mc addit *aut ea quae in mundo sunt*. Dein *karitas* scribunt Ma et B. Mox *quoniam* r. m. supra adiecit in W. Tum *concupiscentia oculorum* *et* *carnis* est (*et* a r. m. superscr.) Mb. Inverse ed. Daventr. habet *est carnis*, om. *est* Mc veteresque edd. cum Remb. Erasm. atque Morell. Proxime *oculorum* abest a Mb. Tum *non a patre* scribit W. Mox pro vulg. *saeculi* receptum *mundi* e Ver., cum Graeco ἐκ τοῦ κόσμου et verbis seqq. optime conveniat; nec aliter legitur in libr. de orat. dom. p. 208 et de mortalit. p. 236. 8) *transit* (*it* in ras.) Mb, *transiit* Mc. Nec displicet lectio *transit;* est enim in Graeco παράγεται. 9) *dei* ab r. m. supra additum est in Ma. Deiń W, quattuor Vat. Md et A exhibent *manebit*. Quae proxime sequuntur verba: *quomodo et deus manet in aeternum* om. A et hic

manet in aeternum. Aeterna igitur et divina sectanda [10]) sunt et omnia de dei voluntate facienda sunt, ut domini nostri vestigia et magisteria sectemur, qui monuit et dixit [11]): *Non descendi de caelo, ut faciam voluntatem meam* [12]), *sed voluntatem eius, qui me misit.* Quod si non est maior domino suo [13]) servus, et liberatori debet obsequium liberatus, qui esse cupimus Christiani, debemus quod Christus dixit [14]) imitari. Scriptum est [15]) et legitur et auditur et in exemplum nostri Ecclesiae ore celebratur: *Qui dicit se in Christo manere debet quomodo ille ambulavit et ipse ambulare.* Ambulandum est [16]) vestigiis paribus, aemula ingressione nitendum est. Tunc

---

et de orat. dom. l. c. itemque de mortal. l. c. In Md legitur *deus manebit.* 10) *spectanda* B. Post *facienda* abest *sunt* a duobus Ver. et seq. *ut* a Mb, qui deinceps ita scribit: *Domini — vestigia sectanda sunt.* Perperam A *vestigii.* Dein post *magisteria* omisi *divina* praeeuntibus libris Ver. W. Mac. A, item ed. Manut. et Rigaltio suadente, ne interserto illo adiectivo verba praecedentia: *domini nostri vestigia et magisteria sectemur,* et subsequentia: *qui monuit et dixit,* interrumpantur. 11) Ioann. 6, 38. 12) *meam* a r. m. habet W. Mox Mcd inverso ordine dant *misit me.* 13) *domino suo maior* W. Mac. B. Paulo post *esse cupimus esse* A. 14) Ita codd. nostri omnes et quattuor Ital., ita et omnes libri vett. a Baluzio collati uno Thuano excepto, in quo legitur *fecit,* consentientibus antiquis editis et Morell.; *fecit et docuit* tres libri Ital., Erasm. Grav., *fecit* sine *et docuit* Manut. Pamel. Rigalt. Oxon., *dixit et fecit* Baluz. et Goldh. 15) Addunt *enim* codd. Ital. 2. et vett. edd. c. Remb. Erasm. Grav. atque Morell. Mox *in exemplo* Fr. Emm. 2. Deinceps *nostrum* Mcd, *nostrae* edd. vett. c. Remb. Erasm. Mor. Tum *caelebratur* Fr. Emm. 2. 16) *Ambulandum est igitur* Manut. Morell. Pamel. Rig. Ox. Baluz. Goldh. Sed codd. W. Mabc. B. Ver. 2. A et Fr. Emm. 2., item edd. Manut. praecedentes *igitur* om. Quare expunxi. *Est* post *nitendum* non agnoscit Fr. Emm. 2.

respondet [17]) ad fidem nominis sectatio veritatis et credenti praemium datur, si quod creditur et geratur.

VII.

Locupletem te dicis et divitem. Sed divitiis tuis Paulus occurrit et ad cultum atque ornatum [1]) tuum iusto fine moderandum sua voce praescribit. *Sint*, inquit [2]), *mulieres cum verecundia et pudicitia* [3]) *conponentes se, non in tortis crinibus, neque auro, neque margaritis aut veste pretiosa, sed ut decet mulieres promittentes castitatem per bonam conversatio|nem.* Item Petrus [4]) 176 ad haec eadem praecepta consentit et dicit [5]): *Sit in muliere non exterior ornamenti aut auri* [6]) *aut vestis cultus, sed cultus cordis.* Quod si ille [7]) mulieres quo-

17) *respondebit* W. Mabc. B. A et Fr. Emm. 2. c. ed. Grav. Tum *sectatio* (*tor* a r. m. superscr.) Mc, *sectator* edd. vett. c. Remb. et Erasm. Ante *et credenti* A infercit *tunc*. Dein *praeceptum* pro *praemium* male scribit Ma.

VII. 1) *Paulum occultum et ad cultum et ad ornatum* (sic) A. Idem *in isto fine*, Ma *iusta fine*, Thuan. et liber S. Arnulphi ap. Baluz. *iustificatione*. Post *moderandum* A perperam addit *est*. 2) 1. Timoth. 2, 9—10. 3) *ac pudicitia* Fr. Emm. 2., *et pudicia* Mcd. Mox *neque auro, neque argento, nec margaritis* Mc. Tum *neque veste praeciosa* Mb, *aut ꝑciosa veste* edd. SP. Ven. 1. Remb., *aut preciosa veste* Daventr. Ven. 2. Erasm. Grav. Infra *conservationem* Mc. 4) *Paulus* Fr. Emm. 2. Om. *ad haec* A. 5) 1. Petr. 3, 3—4. 6) *Sint in mulieres* (*ibus* a r. m. superscr.) *non exterior ornamenti* (ex mut. r. m. *exteriora ornamenta*) *auri* Fr. Emm. 2.; *exteri* B, *exterioris* ed. Daventr. 7) Ita W. Mabc. B. A, *illae* (scr. *ille*) Vat. omnes, *illi* Fr. Emm. 2. Md et vulgati libri. Tum *admonet* Mabc. A, *ammonet* W. B, *admonent* editi. Statim *cohercendas* Ma, in quo *h* a r. m. superscriptum est, Fr.

que admonet coërcendas et ad ecclesiasticam disciplinam religiosa observatione moderandas, quae excusare cultus suos soleant per maritum, quanto id magis observare virginem fas est, cui nulla ornatus sui conpetat venia, nec derivari in alterum possit mendacium culpae, sed sola ipsa remaneat in crimine. Locupletem te dicis et divitem. Sed non omne, quod potest, debet et fieri [8]), nec desideria prolixa et de saeculi ambitione nascentia ultra honorem ac pudorem virginitatis extendi, cum scriptum sit [9]): *Omnia licent, sed non omnia expediunt. Omnia licent, sed non omnia aedificant* [10]). Ceterum si tu te sumptuosius comas et per publicum [11]) notabiliter incedas, oculos in te iuventutis inlicias, suspiria adulescentium

---

Emm. 2. B. Md. A, item edd. vett. c. Remb. In seqq. *cultos suos* B et A. Paulo post *conpetit* Fr. Emm. 2., *competit veniat* (sic) A. Quod sequitur *nec* a r. m. habet W. Tum *derivari possem in alterum* A. 8) *et fieri, cum scriptum sit* (intermed. om.) Fr. Emm. 2. Pro *saeculi* Ital. 2. *saeculari.* 9) 1. Cor. 6, 12 et 10, 23. 10) *aedificent* A. 11) *per puplicum* Ma c. ed. Daventr. Item pr. W. Nec multo post *iuvenum* pro *iuventutis* Aldhelmus ed. Giles. Tum *adulescentium* W. Mab et Fr. Emm. 2., *adolescentium* edd. Manut. et posteriores, *adolescentum* praecedentes, item Aldhelmus. Dein *concupiscenti* B. Tum *sperandi fomenta* W. Mabd. B, octo Baluziani, Aldhelm. et ed. Manut., *sperandi fom.* (ex mut. r. m.) Mc, *sperandi* (ab r. m. superscr. „vel *mechandi*“ (l. *moechandi*) *f.* Fr. Emm. 2., *sperandi fomitem* Ver., *spectandi fomenta* A, *peccandi f.* unus liber Baluz., veteresque edd. c. Erasm. Grav. Morell. (conf. de lapsis Cap. XII.), unus Baluz. *stipandi f.*, alius *stuprandi f.*, duo *suspirandi f.* Hanc lectionem e duobus libris Mss. primus receperat Pamelius eumque posthac secuti sunt editores omnes. Mox *ut et ipsa* A. In seqq. idem om. *te.* Tum *videntibus exhibeas* Aldhelm. Pro *excusari* Fr. Emm. 2. dat *excusare.* Dein *quasi* Mb, *quia si* B.

post te trahas, concupiscendi libidinem nutrias, sperandi fomenta succendas, ut, etsi ipsa non pereas, alios tamen perdas et velut gladium te et venenum videntibus praebeas, excusari non potes, quasi mente casta sis et pudica. Redarguit [12]) te cultus inprobus et inpudicus ornatus, nec conputari iam potes inter puellas et virgines Christi quae sic vivis, ut possis adamari.

VIII.

Locupletem te dicis et divitem. Sed iactare divitias suas [1]) virginem non decet, cum dicat scriptura divina [2]): *Quid nobis profuit superbia, aut quid divitiarum iactatio contulit nobis* [3]), *transierunt omnia illa tamquam umbra*, et apostolus rursum moneat et dicat [4]): *Et qui emunt sic sint quasi non possidentes* [5]), *et qui hoc*

---

12) *Redarguet* B. A. Tum *cultet improprius* A; *improbus et impudicus* W, *improbus et inpud.* Mab. Deinde *nec* e *ne* corr. al. m. in W. Statim *computa*^{ri} (*ri* a corr. m. superscr.) *iam potest* habet Mc, *conputari iam poteris* Fr. Emm. 2.; *poteris* etiam B. In fin. *vivit ut possit* Mc, *et possis* pr. W.

VIII. 1) *suas* om. A. Voc. *virginem* ab alia eaque rudi manu habet W. 2) Sapient. 5, 8. 3) *nobis* superscr. ex corr. in W. Deinde *illa omnia* exhibent editi ante Manut. omnes, *illa* om. A. Mox *rursus* scribunt Mbcd. A. Statim *moneat* mutatum in *monet* in cod. Mb. 4) *ac dicat* Ma. B, *dicat* Mb. Vid. 1. Cor. 7, 30—31. 5) Ita W. Macd. B. A et edd. ante Baluzium, qui post verba: *Et qui emunt sic sint* e codd. Pithoeano et Cambronensi interpolatissimo addidit *quasi non ementes et qui possident.* Habet haec ex meis libris solus Mb, qui melioribus non est accensendus, et hic et in L. III. ad Quirin. c. 11. p. 307. Sed W. B et Mc, qui praeter Mb hoc Cypriani opus continent, novissimo quoque loco adsumentum istud non agnoscunt. Pro *possidentes* Gravius scripsit *possideant.* Dein *ut qui* habet A et *utuntur hoc mundo* Md. Proxime *enim*

mundo utuntur quasi non utantur; praeterit enim figura huius mundi. Petrus etiam, cui oves suas dominus [6]) pascendas tuendasque commendat, super quem posuit et fundavit ecclesiam, aurum quidem sibi esse et argentum negat [7]), sed esse se dicit Christi gratia divitem, esse fide eius et virtute locupletem, quibus multa magnalia cum miraculo faceret, quibus ad gratiam gloriae bonis spiritalibus abundaret. Has spes, has divitias [8]) possidere non potest quae se divitem saeculo mavult esse quam Christo. Locupletem te dicis [9]) et divitem, et utendum putas his, quae possidere te deus voluit. Utere, sed ad res salutares et bonas artes [10]); utere, sed ad illa, quae deus

---

abest ab A. Pro *figura* Ital. 1. offert *habitus*. 6) Om. h. v. A. 7) Act. 3, 6. Statim *sed se dicit Christi gratia divitem esse* ed. pr., om. *Christi* rell. libri editi ante Manut., in quo primum legitur *sed esse se dicit Christi gratia divitem*. Inverso ordine W habet: *sed esse se divitem dicit Christi gratia*. Mox *esse* om. ed. Daventr., *esse* et *eius* Mb. In seqq. *bonis spiritualibus* dat Mc, *spiritalibus donis* Md. Tum *habundaret* exstat in W. Mad. B et ed. Daventr. 8) *istas divitias* edd. vett. c. Remb. Erasm. atque Morell., *et divic. has* A. Dein *possedere* Mb. Idem et A *qui se*. Statim *divitem magis saeculo vult esse* Mb, *d. seculo magis vult esse* Mc et tres Ital., item edd. vett. c. Remb. et Erasm. *Mavult* primus scripsit Gravius; *maluit* habet Md. 9) *te esse dicis* edd. ante Manut. omnes et Morell. Sed *esse* suspectum fuit iam Gravio, cum verbum illud minutioribus typis excudendum curaverit. Mox *utendas* legitur in A. Dein pro *iis* W. Mabc et B praebuerunt *his*, cuius loco in A et Md est *hiis*. Proxime Mb habet *te voluit deus*. 10) Ita W. Mabc. B. A et Manut., *utere — et ad bon. art.* Md, item edd. vett., *utere, sed ad res salutares; utere, sed ad bon. art.* duo Ital. c. edd. Erasm. Grav. Morell. et rell. Dein *utere ad illa, sed quae deus* W. Ma. B; — *ad illas* A, *utere ad illa q. d.* Mcd veteresque edd., *utere his quae* (*his* ab al. m. superscr.) Mb. Tum *praecipit* Ver. et Ma.

praecepit, quae dominus ostendit. Divitem te sentiant [11]) pauperes, locupletem sentiant indigentes. Patrimonio tuo deum faenera [12]), Christum ciba. Ut virginitatis perferre gloriam liceat, ut ad domini praemia [13]) venire contingat, multorum precibus exora. Commenda illic thesauros tuos, ubi fur nullus [14]) effodiat, quo nullus insidians grassator inrumpat. Possessiones tibi, sed caelestes magis conpara, ubi fructus tuos iuges ac [15]) perennes et ab omni con-

---

11) *Te divitem sentiant* W. Alterum *te*, quod post *locupletem* addidit Baluzius, om. W. Mac. B. Quare expunxi. Cf. ad librum de laps. Cap. XIV. n. 15. 12) Ita Ver. W. Mac. B, ex corr. Mb, Cambr. in mg., item edd. Manut. Ox. Goldh., *patrimonium tuum deum fenora* (sic) A, *patrimonium tuum deo foenera* Pamel. Rig. Baluz., *patrimonia tua deo fenera* Md veteresque edd. c. Remb. Erasm. Grav. Morell. Conf. ad librum de lapsis Cap. XXVIII. n. 13. Adnotavit Baluzius: „Pamelius et post eum Rigaltius posuerunt *patrimonium tuum deo fenera*, quam lectionem inveni in quattuor exemplaribus antiquis. Veteres edd. et undecim vetera exemplaria habent *patrimonia tua deo fenera*. Lectionem autem, quam ego retinui, praeferunt duodecim libri vett. et ed. Manut. itemque Anglic.“ Sed erravit vir doct.; habet enim in contextu *patrimonium tuum deo fenera*, ut supra dictum est; in observationibus autem notae suae praemisit *patrimonio tuo*, ita ut aliud cogitasse, aliud scripsisse videatur. Veram tamen lectionem multo ante Baluzium e codd. iam restituit Gronovius in Observatt. saepius laudatt. p. 559. Ceterum scripturam *faenera* (vid. Sillig. Praef. ad Plin. nat. hist. P. LXXI.) recepi e codd. Ma et B. Rell. exhibent *fenera* excepto A. Vid. ad librum de laps., Cap. XXVIII. n. 13. 13) *ad deum praemia* Md. Tum inverso ordine *venire praemia* Mb, *pervenire* W. 14) *nullus fur* edd. ante Manut., item Morell. *Fur* deest in A. Tum *crassator* B. 15) *et* A. Dein *perhennes* B. Md. A et ed. Daventr., *perennes ab omni* Mc, *et* (*ac* A) *omni* Ma, *et ab omni* Mb. Post *inmunes* unus Ital. inserit: *nec iudex ambiat, nec quaesitor inquirat.* Mox Mc perperam *acterat.* Tum *cedat* Mcd.

tactu iniuriae saecularis inmunes nec rubigo adterat, nec grando caedat, nec sol urat, nec pluvia corrumpat.

IX.

Nam delinquis [1]) et hoc ipso in deum, si ad hoc tibi ab illo divitias datas credis, ut illis non salubriter perfruaris. Nam et vocem deus homini dedit [2]), et tamen non sunt amatoria cantanda, nec turpia; et ferrum esse ad culturam terrae deus voluit, nec homicidia sunt idcirco facienda; aut quia tura [3]) et merum et ignem deus instituit, sacrificandum est inde idolis, vel quia abundant pecudum greges in agris tuis, victimas et hostias inmolare debebis? Atqui [4]) temptatio est patrimonium grande, nisi

---

IX. 1) *delinques* Mb. Mox *ad haec* A. Dein *credis* (*a* ab r. m. superscr.) Mc, *credas* edd. vett. 2) *homini deus dedit* Md et edd. ante Manut. omnes c. Morell., *hominem* scribit B. Vocc. *non sunt* a r. m. habet Ma. Quod vulg. additur *idcirco*, utpote omissum in codd. Ver. W. Mab. A et suspectum iam Gravio, quia minutioribus typis excudendum curaverat, expunxi. In seqq. in A legitur *nec idcirco sunt homicidia facienda.* 3) Ita W. Macd. B, *t ura* (*h* ab l. m. superscr. Mb). Vulg. *thura.* Sed vid. Wagner. orthogr. Vergil. p. 476. Dein *aut merum aut ignem* W, *et ignem et mirum* (sic) edd. SP. Venet. 1. Kunn., *et ignem et mira* Venet. 2., *et ign. et mirram* Daventr., *et ign. et myrram* (scr. potius *myrrham*) Remb., *et mirrham et ign.* Erasm., *et myrrham et ign.* Grav. Ceterum post *merum* unus liber Ital. adiicit verbum *dedit.* Pro *deus* idem c. Mbd. B et A habet *dominus.* Tum *instituit* (sic, duobus punctis supra positis) W. Mox *inde est ydolis* A, *ydolis* etiam Mcd et ed. Daventr. Primo *qui* pro *quia* W. Statim *habundant* W. Mabd. B. A et edd. Daventr. atque Remb. Dein *pecodum* pr. W. Proxime *hostia* A. Tum *diis immolare* Baluz. et Goldh. Sed *diis* merito om. et nostri codd. et Ital. c. edd. antecedentibus. Pro *debebis* Ma habet *debeas.* 4) Ita W. Ma (hic pr. *atquin*). Ver. 2. A, *adquin* Mb. B, *ad quid* pr., ab r. m. *alioquin* Mc, *aut*

ad usus bonos census operetur, ut patrimonio suo unusquisque locuplètior magis redimere debeat quam augere delicta. Ornamentorum ac vestium insignia et lenocinia formarum [5]) | non nisi prostitutis et inpudicis feminis con- 177
gruunt, et nullarum fere pretiosior cultus est quam quarum pudor vilis est. Sic in scripturis sanctis, quibus nos instrui [6]) dominus voluit et moneri, describitur civitas meretrix, compta pulchrius et ornata, et cum ornamentis suis ac propter ipsa potius ornamenta peritura. *Et venit,* inquit [7]), *unus ex septem angelis habentibus phialas septem et adgressus est me dicens: Veni, ostendam* [8]) *tibi damnationem meretricis magnae sedentis super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terrae. Et duxit me in spiritu. Et vidi mulierem sedentem super bestiam; et mulier illa amicta erat pallium purpureum et coccineum* [9]), *et adornata erat auro et lapidibus pre-*

---

alioquin Md, *alioquin* edd. vett. c. Erasm., *alioqui* exemplaria rell. Infra Ver. scribit *locupletior factus*. 5) Ita codd. nostri, item Ver. et unus Neap. consentientibus edd. Grav. (in mg.), Morell. Pamel. ceterisque recentioribus, mendose *furarum* edd. SP. Venet. 1. 2. Kunn., *fucorum* duo libri Ital. et edd. Remb. Erasm. Grav. (in contextu) et Manut. In clausula *est vilis* pr. Md. 6) *instrui nos* Mc, *instruit — voluit* A, *et moneri dominus voluit* Mb. Paulo post *pulcrius* W. Md. Tum prior liber *ac cum ornamentis suis et*. 7) *inquid* Ma, *unus, inquit* Md. Vid. Apoc. 17, 1—4. Mox *fialas* Md, *phiolas* W, *fiolas* A. Deest *septem* in W et Ma. Tum *ad me dicens* scribit Mb. 8) *Veni et ostendam* A. Pron. *tibi* ab al. m. superscriptum in W. Dein *dampnacionem* habent Md. et A c. ed. Daventr. 9) *amicta — pallium* (*palleum* B) *purpureum et coccineum* Ver. W. B. Neap. 2. A, *pallium purporeum et cocchineum* Ma, *pallium coccineum et purpureum* Mb, *paleum purpureum et cocineum* (*l* et *c* ex corr. r. m.) Mc. Est enim in Graec.

tiosis et margaritis, tenens poculum aureum in manu sua plenum exsecrationum et inmunditiae et fornicationis totius terrae.

X.

Fugiant [1]) castae virgines et pudicae incestarum cultus, habitus inpudicarum, lupanarum insignia, ornamenta meretricum. Clamat [2]) spiritu sancto plenus Hesaias, et

---

περιβεβλημένη πορφυροῦν καὶ κόκκινον. Similiter Noster Cap. seq.: *Sericum et purpuram indutae.* Conf. etiam L. III. ad Quirin. c. 36. p. 317. Vulgatam lectionem *pallio purpureo et coccineo* habent Md et Aldhelmus ap. Giles. Seq. partic. *et* om. W c. Ma, itemque hic liber voc. *pretiosis.* Edd. ante Manut. omnes et Morell. ponunt *et margaritis et lapidibus pr. Speculum* pro *poculum* scribit A, moxque *execrationis* dant vett. edd. c. Erasm. et Morell., *execrationum* rell. Deinceps Ver. ante *inmunditiae* inserit *omnis.*

X. 1) *Fugiant, fugiant* Ver. Tum ed. Daventr. *et mulieres pudice.* Dein *et habitus* B, *et habitum* Fr. Emm. 2. Mox in W. Mabd. B. A et Fr. Emm. 2. pro *lupanarium* per syncopam plane singularem scribitur *lupanarum,* nec aliter pr. habebat Mc. *Luparum* exstat ap. Aldhelm. Tum *ornamentum* offert Md. 2) *Clamet* Ma. Quod vulg. additur *etiam* omisi auctoribus libris W et Ma. *Hesaias* receptum ex editis SP. Venet. 1. et Kunn. *Hesias* habet Ven. 2. operarum incuria. Remb. scripsit *Esaias.* Ita exhibent quoque codd. W. B. Eadem lectio a s. m. in Mb mutata est in *ysaias* (sic etiam Md. A et ed. Daventr.), *aesaias* dat Ma, *esayas* Mc. Tum *ad* (pro *et*) *filias* legitur in W. Mabc. B. A, deinde *syon* in B. Mcd. A et ed. Daventr. Statim *auro et argento ac veste* habent edd. Manut. ceteraeque recentiores, *auro et veste* Mbcd et B, item edd. Manutiana antiquiores c. Morell. Vocc. *argento ac* ex uno libro Ital. notantur, quapropter ea delenda esse non dubitavi, respiciens Nostri illud dictum (Cap. XVI.): *Vince vestem — vince aurum.* Contra W et Ma scribunt *auro et argento,* vocc. *ac veste* omissis. Tum *operibus* pro *opibus* A, moxque *a domino* pro *a deo* Md, tres Ital. et edd. Gravianam antecedentes. Deinde male *delitias* Baluz., *divitias* quattuor codd. Baluziani et

filias Sion auro et veste corruptas increpat et obiurgat perniciosis opibus affluentes et a deo per saeculi delicias recedentes. *Exaltatae sunt,* ait [3]), *filiae Sion et ambulaverunt alto collo et nutu oculorum et incessu pedum trahentes tunicas et pedibus simul ludentes. Et humiliabit* [4]) *deus principales filias Sion et revelabit dominus habitum earum, et auferet dominus gloriam vestis illa-*

---

vel delitias

unus Angl., *divitiae* B, *divitiae* (duobus punctis supra positis) Mc. 3) *ait* om. Mb. Vid. Hesai. 3, 16. seqq. Dein *syon* B. Mcd. A et ed. Daventr., itemque infra. Pro *ambulaverunt alto collo* Benevent. *incesserunt alta cervice,* Neap. *processerunt alta cervice.* Tum *incessu* A et pr. W. Mox *simul trahentes* Benevent. et Neap. 4) *humiliavit* W. Mabc. Dein *dominus* libri ante Manut. typis exscripti et Morell. Paulo post *revelavit* W. Mab. Tum *earum habitum* Md. A, *habitum earum in illa die* Mb. Statim *auferret* Ma, *aufert* A. Pro *illarum* A *earum,* dein pro *earum* Ma *illarum.* Seq. *et* om. Mb. Mox *cictios et lunulos* (sic) A, *lunares* pro *lunulas* Ma. Pro vulgari lectione *discriminalia* Gronovius Observatt. p. 321. correxit *discrimen,* hancque scripturam tuentur una cum cod. Ver. nostri libri omnes. Ad voc. *discriminalia,* cuius loco Benevent. et Neap. habent *redimicula*, edd. vett. et Remb. Erasm. atque Morell. addunt *et dextralia.* Tum *batronatum* operarum vitio edd. Venet. 1. 2. Kunn. Remb., *botrionatum* scribit B, *butronatum* Mb, *boconatum*, deinde *dexteralia* A. Supra *dextralia* Mc a r. m. habet vocc. *specula et,* ut ante illam vocem inserenda. Pro et *dextralia* (ita etiam Ver. et Neap.) Manutiana praebet *et specula,* ut legitur in edd. vett., item in Remb. Erasm. Grav. Morell. Statim *et anulos* al. m. superscripsit in W. Ceterum *anulos* dant etiam Mabd, *annulos* rell., ut editi. De utraque scriptura vid. C. L. Schneider. in libro, cui titulus est: Ausführl. verbess. Grammat. d. lat. Sp. L. 1. T. II. p. 422. Seq. *et* om. A. Paulo post *hiacincto* A, *iacincto* B et Md c. ed. Daventr., *iacinctho* W, *iacintho* Mbc, *yacintho* Ma. Verba *et bysso torto et cocco neto,* quae post *hyacintho* adiecit editor Manutianae, neque in nostris codd. reperiuntur, neque in quattuor Vat.

rum et ornamenta earum et crines et cincinnos et lunulas et discrimen et armillas et botronatum et dextralia et anulos et inaures et serica contexta cum auro et hyacintho. Et erit pro odore suavitatis pulvis, et pro cingulo [5]) *reste cingeris et pro ornamento capitis aureo calvitium habebis.* Hoc deus [6]) culpat, hoc denotat. Hinc corruptas esse [7]), hinc a cultu vero atque divino descivisse pronuntiat. Exaltatae [8]) ceciderunt, comptae turpitudinem foeditatemque meruerunt. Sericum et purpuram indutae [9]) Christum induere non possunt. Auro et [10]) margaritis et monilibus adornatae ornamenta cordis ac pectoris perdiderunt. Quis non id exsecretur [11]) et fugiat quod alii fuerit exitio? Quis id [12])

---

vel zona

5) *cingulo* B. Dein *cingentur* A. Seq. *et* om. Mc. Pro *aureo*, quod abest a Ma et B, scribitur *auro* in Mc, *aurei* in Mb. Tum *habebunt* in A. 6) *deo* (*dō*) W. Dein *et denotat* edd. Venet. 1. 2. Daventr. Kunn. Remb. Erasm. Grav. 7) *corruptas esse virgines* editi. Sed W. Ver. 2. Mabc. A. om. *virgines*, quod glossam sapit. Intell. potius e praecedentibus *filias Sion*. Mox *a vultu vero*

e

B. Tum *desisise* Mc, *desivisse* Md. Deinceps *praenunciat* Venet. 1. 2. Daventr. Kunn. Remb. 8) Additur *inquit* in Ver., *exaltatae ceciderunt ornamento*

et taliter comptae (*ceciderunt* et *ornamento* a m. saec. XIII. superscr.) Mb. 9) *Serico et purpura indutae* tres libri Ital. et edd. Manutianam antecedentes c. Morell.; *purporam* Ma; *indutam — movere non possunt* A. 10) *ac* (pr. *atque*) A. Tum *molibus* pr. Mac. Dein *exornatae* B. Statim *et ornamenta* Mc. Om. v. *ornamenta* Mb post *perdiderunt* habet *ornatum* a r. illa m. adiectum. Pro *ac pectoris* legitur *et p.* in Fr. Emm. 2., item in edd. Manutiana antiquioribus et Morell., tum *perdidere* in Mc. 11) *Quid non id exercuerunt* A, *quis iam id non exsecraetur* Mb; *id* om. W et Ma; *exsecrat* habet Ma. Mox *tali* (ita etiam Ma), in mg. ab r. m. *aliis* Mc. Tum *fuerat* Md, *fuit et telo* (intermed. om.) A. 12) *id* om. Mabc.

adpetat et adsumat quod ad necem alterius pro gladio fuerit et telo? Si hausto [13]) poculo moreretur ille qui biberat, venenum scires esse quod ille potavit; si [14]) accepto cibo qui acceperat interiret, scires esse letale quod acceptum potuit occidere, nec ederes inde, nec biberes unde interisse alios ante conspiceres. Nunc quanta ignorantia veri [15]) est, animi quanta dementia, id velle quod et nocuerit semper et noceat, et putare quod inde ipsa non pereas, unde alios perisse cognoscas!

XI.

Neque enim deus coccineas aut purpureas [1]) oves

---

13) *exausto* W, *exhausto* Mab, *exausto* (*h* et *i* ab r. m. superscr.) Mc, *misto* Md. Dein *moriretur* W. Mox *scias* A, tum *esse letale* (*o* ab r. m. supra adsuto) Mb. Pro *potavit* A *putavit*. 14) Al. m. addidit in Ma. Idem liber om. *accepto cibo*. Verba *scires esse laetale* Mb ab al. m. inter vers. habet. *Laetale* etiam Ma, *loetale* B, *letale* W, *letale* recte Mcd. A, *lethale*, ut solet, Baluz. Vid. ad Cap. I. n. 2. Mox *accidere* A. Tum *nec ederes, nec biberes inde unde* Mb; *ne biberes* pr. W. Deinceps *interisse* W. Mabcd. B et edd. ante Rigalt., *interiisse* A. Rigalt. Oxon. Baluz. Goldh. 15) *viri* pr. Mb, *veri est aai* (*tui* et *animi* ab r. m.) Mc, *tui est animi* edd. vett. c. Remb., *vani est animi* Md, *veri est animi, quanta animi dementia* Erasm., *veri est, animi quanta dementia* primus Grav. In seqq. *ipse non pereas, inde* A. Tum *perisse* W. Mabcd. B., item edd. ante Rigalt., *periisse* A, *periisse* Rig. Oxon. Baluz. Goldh.

XI. 1) *cocchineas* Ma; *atque purpureas* A, *purpureas aut coccineas* edd. vett., Remb. Grav. Morell., *purp. aut coccinas* Erasm. Mox *sucis* pro vulg. *succis* recte W. Mabd. B. Tum *conchiliis* B. Mcd. A. Erasm. Manut. Pamel. Rig. Oxon. Dein e codd.

fecit aut herbarum sucis et conchyliis tinguere et colorare lanas docuit, nec distinctis auro lapillis et margaritis contexta serie et numerosa conpage digestis monilia instituit, quibus cervicem, quam fecit, absconderet, ut operiatur illud quod deus in homine formavit et conspiciatur id desuper quod diabolus invenit. An vulnera inferri auribus deus voluit, quibus innocens adhuc [2]) infantia et mali saecularis ignara crucietur, ut postea de aurium cicatricibus et cavernis pretiosa grana dependeant, gravia, etsi non pondere, mercium quantitate? Quae omnia peccatores et apostatae [3]) angeli suis artibus prodiderunt, quando ad

---

W. Mabd et B pro vulg. *tingere* (ita etiam Mc et Aldhelm.) recepi *tinguere*. Vid. Wagn. orthogr. Vergil. p. 478. Male *cingere* A. Paulo post Baluzius pro *lapillis* in Not. coni. *capillis* idque posthac invenit in cod. Beccensi. Tum *margaritas* perperam Fr. Emm. 1. Mox *serie* Ver. W (e corr.). Fr. Emm. 1. et edd. pr., Manut. ceteraeque recentiores, *seriae* Mad et pr., ut videtur, W, *seria* edd. Venet. 1. 2. Kunn., *serica* B c. edd. Daventr. Erasm. Grav., *serico* codd. Benevent. Neap. A, *sericis* Vat. 1. et Mc, *sirici* Mb. Statim *et numerosae conpage degestis munilia* Fr. Emm. 1. Nec multo post *absconderet* exhibent codd. Ver. W. Mabcd. Vat. omnes, Fr. Emm. 1., tresque Baluz. et editi ante Manut. (*absconderit* dat A). Contra *absconderes* scripsit editor Manutianae, eumque secuti sunt Pamel. Rigalt. Fell. Baluz. Goldh. Statim *et* pro *ut* Ma. Tum *quod quod* A, deinceps *in hominem* W et B. Mox *desuper id* edd. ante Manut. omnes et Morelliana. *Invenit* pro *adinvenit* praebuerunt codd. nostri omnes. 2) *adhuc innocens* Fr. Emm. 1. Verba *crucietur — — — dependeant*, utpote pr. omissa, alia m. supplevit in W. *Cruciatur* scribunt Ma et A. In seqq. Mc habet *preciosa grana gemina dependeat grania* (*gemina* ab r. m. supra adiecto). Item male *dependeat* A. Ante *pondere* auctore Ver. omisi *suo*, post vero *tamen*, quod in Ma r. m. superscripsit, praeeuntibus libris W. Mbcd. B. A et Fr. Emm. 1., item ed. Manut. Deinceps *inercium* A. 3) *a potestate* Mc. A. Tum *sui angeli suis actibus* A. In seqq. *devoluta* idem liber. Statim *de caelesti vigore* W et *cesserunt* Ver. Fir-

terrena contagia devoluti a caelesti vigore recesserunt. Illi [4]) et oculos circumducto nigrore fucare et genas mendacio ruboris inficere et mutare adulterinis coloribus crinem et expugnare omnem oris et capitis veritatem corruptelae suae inpugnatione docuerunt.

XII.

Et quidem isto in loco [1]) pro timore, | quem nobis 178
fides suggerit, pro dilectione, quam fraternitas exigit, non virgines tantum aut viduas, sed et nuptas puto et omnes omnino feminas admonendas quod opus dei et factura eius et plastica adulterari nullo modo debeat adhibito flavo colore vel nigro pulvere vel rubore aut quolibet denique liniamenta nativa corrumpente medicamine. Dicit deus [2]): *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem*

---

matur vulg. lectio simili loco libri de idolorum vanitate p. 226. l. 32—33, ubi haec sunt: *postea quam terrenis vitiis inmersi sunt et a vigore caelesti terreno contagio recesserunt.* 4) *Illic* W et *al. nigrore* Ma. Mox *nictore* (*nigrore* ab r. m. superscr.) Mc, *nigrore pulpulve c veris* cod. S. Albini ap. Baluz., *nigro refutare* A, *nigro, re fugare* (*pulve* et *c* a r. m. supra additis) Mb. Conf. Cap. seq. *Fugare* perperam B. Paulo post Ver. habet *adulteris.* Tum prius *et* om. Mb. Eadem particula ante *oris* in A expuncta est. Dein *varietatem* scribitur in B.

XII. 1) *isto loco* Fr. Emm. 1. Tum *sugerit* Mc et *exiit* pro *exigit* Fr. Emm. 1. Mox *nubtas* B, *nupcias* A. Dein *faeminas* Mb, *feminas omnino ammonendas* edd. vett. et Remb., *ammonendas* etiam B et Md c. ed. Erasm. Pro *factura* Mc *facturam*, Fr. Emm. 1. *futura.* Tum *plasma* duo libri Ital. Grav. Morell. et in mg. Erasm. Mox *debeant* Mc. A. Statim *adibito* W. Pro *colore* A *calore.* Deinde *nigrore pulveris* W. Ma. Ante *quolibet* in Mb r. m. superscripsit *alio.* 2) *cum dicat deus* B, *dicit enim deus* A. Vid. Genes. 1, 26.

nostram. Et audet quisquam [3]) mutare et convertere quod deus fecit? Manus [4]) deo inferunt quando id quod ille formavit reformare et transfigurare contendunt, nescientes quia opus dei est omne quod nascitur, diaboli quodcumque mutatur. Si quis pingendi artifex vultum alicuius et speciem et [5]) corporis qualitatem aemulo colore signasset et signato iam consummatoque simulacro manus alius adferret, iam formata, iam picta quasi peritior reformaret, gravis prioris artificis iniuria et iusta indignatio videretur. Tu te [6]) existimas inpune laturam tam inprobae temeritatis audaciam, dei artificis offensam? Ut [7])

---

3) *quis*^{quam} (*quam* ab al. m. supra add.) W. 4) *Munus* (superscr. ab r. m. *minas*) Ma. Mox *ille id quod* W. Ma et B, *illud quod ille* edd. Manutianam antecedentes. Tum *et formare* Fr. Emm. 1. Paulo post *quod opus dei est* Mb et *diaboli quod additur* Neap. 5) *et* om. Mc. A. Dein *qualitatemque* scribit Mc. Vitiose *significasset et significato* edd. SP. Venet. 2. Remb., *significasset et significatio* Venet. 1. et Kunn. Mox *consumptoque simulacro* Fr. Emm. 1., *simulacro* (non *simulachro*) item W. Mabcd. B et edd. vett. c. Remb. Grav. Manut. Pam. Goldh. Tum *alius* om. A, in Mc supra v. *alius* a. r. m. scriptum legitur *alicuius*. Statim *adferret* W. Mabd et Fr. Emm. 1. c. ed. Morell., *afferret* B. Mcd et edd. vett. Remb. Erasm. Grav. Manut., *inferret* A, item edd. Daventr. Pamel. Rig. Ox. Baluz. Goldh. consentiente S. Augustino de doctr. Christ. IV. 21. T. III. P. I. p. 85. E. Quod vulgo sequitur *ut* omisi praeeuntibus libris W. Mbcd. B. Fragm. Emm. 1. editisque ante Erasm.; *et* pro *ut* scribit Ma. Prius *iam* erasum in B, *iamque* habet ed. Daventr. Vocc. *iam picta* al. m. in a W addidit. 6) *Tute* W. Mab. B. Tum *existimes* Fr. Emm. 1. Mox audaciam *audiciam* A. 7) *Ut enim* Augustin. l. c. et ita Erasm. Grav. Morell. Pam. Rig. Ox. Baluz. Goldh. Sed *enim* om. Fr. Emm. 1. Mbc. A item ed. Manut. *Ut si* exhibent W. Ma. B, *et si* Mc et edd. vett. In seqq. *quae sunt dei* scribitur in A.

inpudica circa homines et incesta fucis lenocinantibus non sis, corruptis violatisque quae dei sunt peior adultera detineris. Quod ornari te putas, quod putas comi [8]), inpugnatio est ista divini operis, praevaricatio est veritatis. Monentis apostoli vox est [9]): *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova consparsio* [10]), *sicut estis azymi. Nam et* [11]) *pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque* [12]) *festa celebremus non in fermento veteri, neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis.*

XIII.

Num sinceritas perseverat [1]) et veritas quando quae

---

8) Pro *quod putas comi* A *et comi.* Deinde *divina ista operis* Mc. 9) Desunt haec in W et Ma, *vox apostoli est vox* (sic) habet A. Vid. 1. Cor. 5, 7—8. 10) Ita Ver. W. Mab. Fr. Emm. 1. et cod. Claromont., *conspersio* rell. libri scripti et editi. Dein *sicuti azimi* B. (*estis* ab al. m. superscriptum in Mb), *estis azyma* Neap., *est azyma* Ver., *azyma* etiam Benevent., *azimi* W. Mabcd, ut B, *asimi* A. 11) *Etenim* Augustin. in ed. Maur., *nam* sine *et* codd. Frising. Windberg. Palat. Tum *pasca* Md et pr. Mc. Quorum hic deinceps *est immolatus.* 12) *ita* (*s* a r. m. supra addit.) Ma. Mox *veteri* W. Mabcd. B et Augustin. l. c., item edd. ante Manut., *vetere* A et edd. Manut. ceteraeque recentiores, excepta Morell. Verba *veteri, neque in fermento* desunt in Fr. Emm. 1., *neque in ferm.* in August. cod. Palat. Pro *neque* Mb scribit *et.* Tum *et in nequicie* A. Dein *azimis*, ut supra, W. Mabcd, *asimis* A.

XIII. 1) *Nunc — perseveret* Mb, *perseveret* pr. etiam W. Tum *et colorum* Vat. 1. Item Augustin. — *colorum et adulteris* (*i* ab r. m. superscr.), *medicam.* Mc, *colorum adulteris, med.* Ma et pr. W., quorum hic ex mut. *col. adulteriis, med.*; Md *col. adulteriis med.*; Mb *col. adulteris, med.* (*ni* ab r. m. superscr.),

sincera sunt polluuntur colorum adulteriis et medicaminum fucis in mendacium vera mutantur? Dominus [2]) tuus dicit [3]): *Non potes facere capillum* [4]) *unum album aut nigrum.* Et tu ad vincendam domini [5]) tui vocem vis te esse potiorem? Audaci conatu et sacrilego contemptu crines [6]) tuos inficis, malo praesagio futurorum capillos iam tibi flammeos auspicaris et peccas, pro nefas, capite, id est corporis parte meliore. Et [7]) cum scriptum sit de domino [8]): *Caput autem eius et capilli erant albi* [9]) *velut lana aut nix,* tu exsecraris canitiem, detestaris alborem, qui sit ad domini caput similis. Non metuis, oro, quae [10]) talis es, ne, cum resurrectionis dies venerit,

---

Mss. et edd. Maurinam antecedentes ap. Augustin. *col. adulterinis med.*, B et A om. *adulteriis et*, item *et* Fr. Emm. 1. veteresque edd., quibus accedunt Remb. Erasm. Grav. Morell.; *et adulterinis medicaminum fucis* male exhibent Baluz. et Goldh.; *et med. fuc.* recte Manut. Pamel. Rigalt. Ox. — *fucis* in Mb correctum e *fugis*. Dein *mutamur* habet Fr. Emm. 1. 2) *Deus* A. 3) Matth. 5, 36. 4) Deest *capillum* in A. 5) *dei* B. Tum *esse te* Mc, *esse* om. W et Ma, *nes te potiorem esse* dat cod. Windb. ap. Augustin. 6) *crinis* (*nes* ab al. m. superscr.) W. Dein *mala* A. Mox *tibi iam* Fr. Emm. 1. Idem *pectas*. Tum *pro nefas* W. Mabd. B. A et Fr. Emm. 1., item edd. Manut. Morell. Pam. Rig. Ox.; (*pro*^{h} *nephas*) parentheseos signis a r. m. additis et superscripto *h* Mc, *proh nefas* edd. vett. c. Remb. Erasm. Grav. Baluz. Goldh. Cf. ad librum de laps. Cap. VI. n. 1. Statim *in capite* B et ed. Daventr. Deest *capite* in A. Tum *id est* om. W et Ma. Mox *meliori* dat Mc. 7) *Et* om. Mb. Dein *est* pro *sit* B et Fr. Emm. 1. 8) Apoc. 1, 14. 9) *albi* om. Ma. Tum *ut lana* habet Fr. Emm. 1. Mox *et tu* — — *detestari* A. Dein *quod sit* Mbc et B; *sit* a Md abest. Statim *ad caput domini* legitur in W et Fr. Emm. 1., *ad caput domini tui* in Mb. 10) *qui* Fr. Emm. 1. Mox *ẽs* pro *es* Ma, *eius* A, *nec* pro *ne* Ma et pro *qũ cum* A. Paulo post *cognoscat et* Mc. Deinde *excludens* pr. W. Illico *et increpans* Ver. Tum *iudex* Fr. Emm. 1.

artifex tuus te non recognoscat, ad sua praemia et promissa venientem removeat et excludat, increpans vigore censoris et iudicis dicat: Opus [11]) hoc meum non est, nec imago haec nostra est. Cutem [12]) falso medicamine polluisti, crinem adultero colore mutasti, expugnata est mendacio facies, figura corrupta est, vultus alienus est. Deum videre non poteris, quando oculi tibi [13]) non sunt, quos deus fecit, sed quos diabolus infecit. Illum tu sectata es, rutilos [14]) atque depictos oculos serpentis imitata es, de inimico tuo compta, cum illo pariter arsura. Haec [15]), oro, non cogitanda sunt dei servis, non die semper ac nocte metuenda? Viderint quid sibi nuptae [16])

---

11) *opos* Fr. Emm. 1. Quod sequitur *hoc* om. Mc. Mox *imago haec* praebuerunt W. Mabcd. Fr. Emm. 1. B. A, item edd. Manut. Morell. Pam. Rig. Ox., *haec imago* dant edd. Manutiana antiquiores, *haec* male om. Baluz. et Goldh. 12) *cumte* (sic) Fr. Emm. 1., *carnem* pro *crinem* Mc. In clausula *vulnus alienus* (sic) Fr. Emm. 1., *facies aliena* Ma. Tum W om. *est*. 13) Ita W. Mabcd. B. A et edd. omnes exceptis Baluz. et Goldh., in quibus est *oculi tui*; *tibi oculi* habet Fr. Emm. 1. Deinde *sint* W. Mabd. A et Fr. Emm. 1. Item edd. vett. c. Remb. Erasm. Grav. Mox *quod deus* B. 14) *rutulos* Mb. Post *imitata* A om. *es*. Mox *pariter arsura* restitui ex codd. W. Mabcd. Fr. Emm. 1. B et ex edd. Manutianam antecedentibus, quibuscum conspirat etiam Morell., *pariter et arsura* exhibent Manut. Pamel. ceteraeque recentiores. 15) *Nec* A. Dein *non cogitanda* scripsi praeeuntibus codd. W. Mabd. Fr. Emm. 1. B. A et edd. Remb. Erasm. Grav. atque Morell. pro *cogitanda non*, quod ex Manut. in rell. *non* posteriores influxit, *nutu cogit.* (*non* a r. m. supra corr.) Mc. Mox *diem — ac nocte* A, *dies — ac nocte* Fr. Emm. 1. Ad *metuenda* adnotat Baluzius: „Erasmus monuit alibi [i. e. in ed. Daventr.] legi *meditanda*, quam lectionem ego reperi in libro Fuxensi.“ 16) *nuptae* om. Fr. Emm. 1., *nubtae* scribit B. Paulo post *tamen* pro *dum* habet A. Tum *in excusatione sua* dant W. Ma. B. Dein *adsiscunt* Mc, *asciscunt* B. Md, item edd. Venet. 1. 2. Daventr.

per placendi studium de coniugum solacio blandiantur. quos, dum in excusationem suam proferunt, ad societatem criminosae consensionis adsciscunt. Virgines certe, quibus hic sermo [17]) nunc consulit, quae se eiusmodi artibus compserint, inter virgines non putem debere numerari, sed tamquam contactas oves et morbidas pecudes a sancto et puro grege virginitatis arceri [18]), ne contagio suo ceteras polluant, dum simul degunt, ne perdant alias, quaecumque perierunt. Et quoniam [19]) continentiae bonum quaerimus, perniciosa quaeque et infesta vitemus.

XIV.

Nec illa praetereo, quae, dum neglegentia [1]) in usum veniunt, contra pudicos et sobrios mores licentiam sibi de usurpatione fecerunt. Quasdam non pudet nubentibus interesse et in [2]) illa lascivientium libertate sermo-

---

Kunn. Remb. Erasm., *assciscunt* SP., *assistunt* A. 17) *iste sermo* edd. ante Manut. omnes c. Morell. Tum *non* pro *nunc* Ma. Fr. Emm. 2. Vat. 3. Md et a s. m. Mb. Mox *huiusmodi* Fr. Emm. 1. Mbc. B. Post *artibus* Md addit *magis*. Dein *compserunt* Mb, *conserunt* Fr. Emm. 1., *consperserint* Mc. Negationem ante *putem* om. Md. *Putent* scribitur in Ver. et Fr. Emm. 2., *putes* in Fr. Emm. 1. 18) *aceri* (sic) Fr. Emm. 1. Mox *cum* pro *dum* W. Ma. Dein *ne pereant aliae* Mc. In clausula *pereunt* ed. Daventr. 19) *qui* A. In seqq. *pernitiosa et infesta quaeque* Mb. Part. *et* om. Md. Tum *vitamus* habent W. Mab. B.

XIV. 1) *de* (pro *dum*) *neclegentia* B, *per negligentiam* Morell. Infra deest *fecerunt* in A. 2) *in* r. m. superscripsit in Mc., *inter illam — libertatem* Md et edd. Manut. antecedentes c. Morell. In seqq. *et quod non licet dicere* Ver., *dicere quod non licet* Mb. Dein *obversari* recte Manut. et duce Gronovio (Observatt. p. 322. seq.) Goldhorn., *observari* W. Ma. Fr. Emm. 1. et pr. Mb, item Baluz., *observare* Mb (a s. m.), Mcd. Vat. omnes et edd. vett. (exceptа Daventr.) una, c. Remb. Erasm. Morell. Pam. Rig. Ox., *con-*

num conloquia incesta miscere, audire quod non decet, quod non licet dicere, obversari, esse praesentes inter verba turpia et temulenta convivia, quibus libidinum fomes accenditur, sponsa ad patientiam stupri, ad audaciam sponsus animatur. Quis illi [3]) in nuptiis locus est, cui animus ad nuptias non est, aut voluptaria illic et laeta esse quae possunt, ubi et studia et vota diversa sunt? Quid illic discitur, quid videtur? Quantum a proposito suo virgo deficit [4]), quando pudica quae venerat, inpudica

---

versari Daventr. et Grav. Quod vulgo sequitur *et* omisi auctore cod. Ma; praestat enim asyndeton. 3) *Qui illic* B.; *illis* W. Mab. Fr. Emm. 1. A. (in Mc *s* erasum), *illi* Md c. editis. Tum *nubtiis* (pr. *nuptiis*) et *quibus* pro *cui* B. Deinde idem liber *nubtias*. Mox pro *voluptaria* Fr. Emm. 1. *voluntaria;* item pr. Mc, a s. m. *voluntariae*. Statim *leta* (*e* ab r. m. superscr.) idem liber, *voluntarie — lete* edd. SP. Kunn., *voluntarie — laete* Venet. 1. 2. Daventr. Remb., *voluntariae — laetae* Erasm. Grav. Morell., *voluptarie et laete esse possunt* Md, *voluptaria — laeta* codd. rell. c. edd. Manut. Pamel. ceterisque posterioribus. Part. *et* ante *studia* om. W. 4) Desunt haec verba in Fr. Emm. 1., *qn̄* (i. e. *quando*, a m. pr., a s. *quantum*) — *virgo deficit* (*defecit* Mb), *qn̄ impudicior — pudica discedit* exhibet Mc; *quantum impudicior — pudica d.* Md, item Ver. et Corbeiens. probante Rigaltio; *quantum pudicior — impudica* B, *quantum puditi or* (*ti* ab al. m. supra addito) — *inpudica d.* Ma, *quantum pudicior* (*impudicior* pr.) — *inpudica* d. W, *quantum impudicicior* (*inpud.* Fr. Emm. 1.) — *pudica d.* Fr. Emm. 1. c. edd. vett. et Remb., *quanto impudicior, quae venerat pudica, d.* Manut., *quanto pudica —, impudicior d.* Morell., *quando pudica —, impudicior d.* Erasm., *quando pudica —, impudica d.* Grav. Pam. Rig. Ox. Baluz. Goldh. Ego secutus sum librum Mb, qui ita exhibet: *quando pudica quae venerat, inpudica discedit.* Similiter Noster ad Donatum p. 4.: *quae pudica fortasse ad spectaculum matrona processerat, de spectaculo revertitur inpudica.* In A exciderunt haec et seqq. usque ad verba *ac mente.*

discedit? Corpore licet virgo ac mente permaneat, oculis, auribus, lingua minuit [5]) illa quae habebat. Quid vero [6]) quae promiscuas balneas adeunt, quae oculis ad libidinem curiosis pudori ac pudicitiae corpora dicata prostituunt quae cum viros atque a viris nudae vident turpiter ac videntur, nonne ipsae inlecebram vitiis praestant, non ad corruptelam et iniuriam suam desideria praesentium sollicitant et invitant?

XV.

Viderint [1]), inquis, qua illuc mente quis veniat, mihi tantum reficiendi corpusculi cura est et lavandi. Non te purgat ista defensio, nec lasciviae et [2]) petulantiae crimen excusat. Sordidat [3]) lavatio ista, non abluit, nec emundat

---

5) *oculis, lingua, manibus minuit* A. Pro *lingua* Ma *inligua* (sic). Tum *quod habebat* W. Mab. B. Fr. Emm. 1. veteresque edd. 6) *Quid enim* Ma. Dein *promiscuit* (sic) Fr. Emm. 1. Mox *curiosi pudoris ac pudicicia* A. Abest *dicata* a Ma. Tum *quoniam* pro *cum*, ut solet, scribit A. Statim *viris atque a viris* (pr. *ad viros*) Mb; *atque* ab al. m. inter vers. habet W. Deinceps *unde* pro *nudae* A, *nudae* *al.* *vident* in contextu, in mg. ab r. m. *nudent* Mc, *nudent:, vident* edd. vett. (excepta Daventr.) et Remb., *nudae videntur* (intermediis om.) Ma, *videntes turpiter* Mb. Mox *ipsae* om. A, *ipsam* dant W et Ma. Tum *praesunt* legitur in Fr. Emm. 1. Scripsi deinde *non* pro *nonne* c. W. Fr. Emm. et edd. SP. Venet. 1. 2. atque Kunn., nec aliter pr. exhibebat Ma. Vid. ad librum de laps. Cap. V. n. 14. Praepositionem ante corruptelam in Mb r. m. supra adiecit. Non multo post A male scribit *praesencia*.

XV. 1) Ita W. Ma. Ver. 1., *viderint* (sic) Mc, *viderit* vulg., *vident inquid* A. Tum *michi* B et ed. Daventr., *aut* pro *tantum* *ex* B moxque *corpuscula* Md. 2) *ac* A. Dein *accusat* (*ex* a m. saec. XIII. superscr.) Ma. 3) H. v. om. B. Tum *ista lavacio* scribit A. Pro *non abluit* Md *non excusat*, dein *immaculat* Mc.

membra, sed maculat. Inpudice [4]) tu neminem conspicis, sed ipsa conspiceris inpudice. Oculos tuos turpi [5]) oblectatione non polluis, sed, dum oblectas alios, ipsa polleris. Spectaculum de lavacro [6]) facis. Theatro [7]) sunt foediora, quo convenis. Verecundia illic omnis exuitur [8]), simul cum amictu vestis honor corporis ac pudor ponitur, denotanda et contrectanda virginitas revelatur. Iam nunc considera an, cum vestita est, verecunda sit inter viros talis quae [9]) ad inverecundiam proficit audacia nuditatis. Sic ergo frequenter Ecclesia [10]) virgines suas plangit, sic

4) *Inpudica* Fr. Emm. 1., *tu* ab r. m. inter vers. habet Mb. Dein *conspiceris. impudicos oculos* Mc, *conspiceris. Inpudica oculos* Fr. Emm. 1., *conspiceris. Impudice oculos* edd. SP. Venet. 1. 2. Kunn. Remb. 5) *turpa* Fr. Emm. 1. 6) *lavachro* A. 7) *Theatra* Fr. Emm. 1. Mb. B., item edd. vett. c. Remb. Erasm. Grav. Morell.; *theatro* pr., dein *theatra* Mc. Mox *fediora* Md. 8) *exsuitur* pr. Mb. Post vero *e* erasum. In seqq. *et pudor* A, *ac pudoris* Mb. Dein *exponitur* B, *caeditur*, quod malebat Baluzius, codd. Remigianus et Beccensis et vett. aliquot libri Morellii et Pamelii. Vocc. *et contrectanda*, quae om. Fr. Emm. 1. et A, W ab al. m. inter vers. habet; *contractanda* scribit Mc, *conspectanda* praebent Beneventanus et unus liber vet. laudatus in mg. editionis Lugdun. anni 1544. testibus Rigaltio et Baluzio. 9) *vestita est, verecundia* (Ma post *verecundia* distinguit) *sit* Mab (deletum deinceps in Mb v. *virginitas*) et B, *vest. estu uerecundia* (sic) *sit* Fr. Emm. 1., *vest. est, verecundia virgo sit* A, *v. est, verecunda* (*verecundia* pr. W, in ed. Daventr. *i* erasum) *sit* (in Mc et Burgund. additur *virginitas*) W. Mcd. Vat. omnes, Neap., item edd. vett., Remb. Erasm. Grav. Morell. Proxime *talis quae* W. Mabcd. B. Vat. omnes, Neap. et edd. Manutiana antiquiores, *talisque* Fr. Emm. 1. et edd. SP. Daventr. atque Kunn., *talesque* A. *Vestita es, verecunda sis — talis cui* habet Manutiana, quam secuti sunt *Pamelius, Rigaltius* ceterique recentiores. Ego vero non sum ausus recedere a codicum et superiorum editionum auctoritate. Deinceps A scribit *in verecundiam*, B *ad inverecundiae* (sic). 10) *Ecclesia frequenter* edd. SP. Venet. 1. 2., *eccl. freq.* Daventr. Kunn. Remb. Erasm. Grav. In

ad infames earum ac detestabiles fabulas ingemescit, sic flos virginum exstinguitur, honor continentiae ac pudor caeditur, gloria omnis ac dignitas profanatur. Sic se expugnator [11]) inimicus per artes suas inserit; sic insidiis per occulta fallentibus diabolus obrepit. Sic, dum ornari cultius, dum liberius [12]) evagari virgines volunt, esse virgines desinunt, furtivo dedecore corruptae, viduae antequam nuptae, non mariti, sed Christi adulterae, quam fuerant praemiis ingentibus virgines destinatae, tam magna supplicia pro amissa virginitate sensurae.

XVI.

Audite [1]) itaque, virgines, ut parentem; audite, quaeso vos, timentem pariter ac monentem, audite utili-

---

seqq. *ad detestabiles* Md. Tum *ingemescit* W. Mb. B. Fr. Emm. 1. et pr. Ma. Vulg. *ingemiscit.* Conf. ad librum de cath. eccles. unit. Cap. XVIII. n. 5. Dein *flos omnis* Md veteresque edd. c. Rembolt., *omnis* Mc a r. m. in mg. Statim *extinguitur* W. Mabc et vett. edd., *extinguuntur* Fr. Emm. 1. Mox *ac* ab al. m. inter vers. habet W. Dein *caeditur* dant W. Mab. Fr. Emm. 1. B. A, *laeditur* est in Neap., *ponitur* in Mcd. Vat. omnibus, editisque Manut. antecedentibus et in Morell. 11) *expugnatus* Md, libri quinque vett. a Baluzio excussi veteresque edd. c. Remb. Erasm. et Grav. Confirmatur altera lectio non solum codicibus rell. nostris, sed etiam duodecim antiquis Baluzianis ceterisque editis. Similiter Noster de lapsis Cap. IX.: *hostem et expugnatorem domesticum non haberent.* Mox *in insidiis* B. Tum *diabulus* Ma. 12) *Sic dum liberius* A. Dein *voluit* idem liber. Infra *nubtae* B. Statim *marite* ed. Daventr., *maritis* Md. In seqq. Fr. Emm. 1. habet *fuerant in praemiis destinatae virgines;* voc. *virgines* om. Ma. Dein *destinande* (sic) legitur in Md et edd. vett. atque Remb. Proxime Mc scribit *pro virginitate amissa* et pro *sensurae* A perperam *arsura.*

XVI. 1) Omisso verbo *audite* A bis ponit *itaque.* Mc habet *igitur*
itaque (altera lectione ab r. m. superscripta); *igitur* item reperitur

tatibus et commodis vestris fideliter consulentem. Estote tales quales vos deus artifex [2]) fecit; estote tales quales vos manus patris [3]) instituit; maneat in vobis facies incorrupta, cervix pura, forma sincera. Non inferantur auribus vulnera, nec brachia includat aut colla de armillis et monilibus [4]) catena pretiosa, sint a conpedibus aureis pedes liberi, crines nullo colore fucati, oculi conspiciendo deo digni. Celebrentur lavacra [5]) cum feminis, quarum in vos pudica lavatio est. Nuptiarum [6]) festa inproba et convivia lasciva vitentur, quorum periculosa contagio est. Vince vestem quae virgo es [7]), vince aurum quae carnem vincis et saeculum. Non est

---

in tribus codd. Ital. et edd. Manutiana antiquioribus. Dein expunxi *me*, quod additur in sex codd. Anglicis et uno Ital., utpote omissum in W. Mabcd. Fr. Emm. 1. 2. B. A et in edd. Baluzianam et Goldhornianam praecedentibus excepta Morelliana, in qua ante *itaque* insertum est. Pro *timentem* Morellius et Pamelius scripserunt *docentem*, quod in sex codd. antiquis reperit etiam Baluzius. Sed alteram lectionem tuentur codd. nostri omnes et viginti Baluziani. Mox A exhibet *ac commodis*. 2) *deus artifex deus* offert B, *artifex deus* dant exemplaria, quae Manutianum antecesserunt. 3) *dei patris* ed. Daventr. 4) *munilibus* Fr. Emm. 1. Dein *praeciosa cathena* edd. vett. c. Remb. et Erasm., *preciosa catena* Grav. Mox *pedes vestri* B. Tum *conspiciendi* Fr. Emm. 1. 5) *lavachra* A et Morell. Deinde *in vos pudica* exhibent codd. W. Mabd. Fr. Emm. 1. B. A, duo Ital. et ex corr. r. m. Mc una cum quattuor Anglicis, item edd. praeter Manut. et Oxon., a quibus voculae *in vos* absunt, paene omnes; *in vos* rectius in Ver. et Manut. omitti iudicat Rigaltius, *inter vos* scripsit Baluzius ex coni. Pamelii, *quas inter vobis* in mentem venit Goldhornio. 6) *Nuptarum* A. Part. *et* idem liber om. moxque habet *lascivia*. Pro *et convivia lasciva* in Ver. legitur *et temulenta convivia*. In proximis Fr. Emm. 1. om. *est*. 7) Addunt duo Vat. *quae deo servis*. Habent haec etiam Erasm. Grav. Pamel. Rigalt. Ox. Sed Baluzius merito expunxit. Mox *vincis* in Mab enatum est e *vinces*, quod reperi in A.

eiusdem [8]) non posse a maioribus vinci et inparem minoribus inveniri. Arta [9]) et angusta est via, quae ducit ad vitam; durus et arduus limes, qui tendit ad gloriam. Per hunc viae [10]) limitem martyres pergunt, eunt virgines, iusti quique gradiuntur. Lata [11]) et spatiosa itinera vitate. Letales illic inlecebrae et mortiferae volu|ptates; illic 180 diabolus blanditur, ut fallat; arridet, ut noceat; inlicit, ut occidat [12]). Primus cum centeno [13]) martyrum fructus

---

8) *eiusdem mali* A. In Mb manus saec. XIII. superscripsit hanc glossam: *vel virtutis vel animi.* Ed. autem Daventr. habet *eiusdem virtutis vel animi.* Quod sequitur *non* om. B. In eodem libro post *inveniri* ex Cap. IV. fin. male adiecta sunt haec verba: *Parem se integritas praestet in omnibus, nec bonum virginitatis cultus infamet.* 9) *Arta enim* Ma. Dein *via est* Fr. Emm. 2. Mox *durus est et arduus limes* Ma, *durus et artus limes* Fr. Emm. 2. Quod in edd. Grav. Pamel. ceterisque recentioribus post *arduus* additur *est* om. W. Mbcd. B. A et utrumque Fr. Emm. Quare expungendum censui. Pro *gloriam* alterum Fr. Emm. primo perperam exhibebat *gladium*, quod posthac immutatum est in *gaudium*. Male. Similiter Noster Epist. LXII. p. 103 sq.: *Arcta* (codd. nostri recte *arta*. Vid. Wagn. orthograph. Vergil. p. 417) *et angusta est via, per quam ingredimur ad vitam, sed summus et magnus est fructus, cum pervenimus ad gloriam.* 10) *vitae* Ital. 2., in seqq. *iusti quoque* Mb. 11) *Laeta* B. Tum *spaciosa* Mabc. A et edd. Daventr. Rembolt. Erasm. atque Morell. Sed vid. Wagn. libr. cit. p. 473. Dein mendose *vitae laetalis. illic* Mab, quibus accedunt edd. Venet. 1. 2. et Remb., *vitae loetalis. Illic* Fr. Emm. 2. c. B, a quo tamen *illic* abest, *vitae letalis. Illic* Md, *vite letalis. Ill.* edd. SP. Daventr. Kunn., *vitae lethalis*: *ill.* Erasm. Morell., *vitate. laetales ill.* Fr. Emm. 1., *vitate: loethales ill.* Grav. Recte *vitate: letales* Manut. Pamel. Rigalt. Goldh.; perperam *lethales* Ox. et Balus. 12) *cecidat* A. In Fr. Emm. 1. repetitur *noceat.* 13) *Primus enim centenarius* cod. Afflig., ed. Daventr., Costerius, Gravius, Pamel. Rigalt. Oxon.; *primus centenarius* Manut., *primus enim centenus* Morell., *pr. cum centesimo* Ver. Mb. Pithoean. Cambron. Sed *pr. cum centeno* W. Macd. Fr. Emm. 1. (ab altero hic

est, secundus sexagenarius vester est. Ut [14]) apud martyres non est carnis et saeculi cogitatio, nec parva et levis et delicata congressio, sic et in vobis, quarum ad gratiam merces secunda est, sit et virtus ad tolerantiam proxima. Non est ad magna facilis ascensus [15]). Quem sudorem perpetimur, quem laborem, cum conamur ascendere colles et vertices montium [16])? Quid, ut ascendamus ad caelum? Si praemium pollicitationis attendas [17]), minus est quod laboras. Inmortalitas perseveranti datur, perpetua vita promittitur, regnum dominus [18]) pollicetur.

XVII.

Servate, virgines, servate quod esse coepistis, servate quod eritis [1]). Magna [2]) vos merces manet, praemium grande virtutis, munus maximum castitatis. Vultis

---

locus abest) B. A, item omnes antiqui codd. Baluz., etiam Seguier. et edd. vett. c. Remb. et Erasm. Baluz. Goldh. Conf. Gronov. Observatorum in Scriptoribus eccles. monobibl. p. 571. Mox *sexaginarius* Mc. Tum *noster* A. 14) *Et* pr., ex corr. *ut* W. Statim *apud martyras* W. Fr. Emm. et pr. Mabc. Dein *vel saeculi* Mc. Quod sequitur *cogitatio* enatum est e *contagio* in W, *cogitatio* Mc *al.* exhibet in contextu, in mg. *contagio*, quod tenent edd. vett. (excepta Daventr.) c. Rembolt. et Grav., quarum novissima in mg. praebet *cogitatio*, quod agnoscit etiam liber Daventr. *Conluctatio* legitur in Ver. Sed supra mutatum *cogitatio*. *Colluctatio* dat B. *nec* Mox *et* (*nec* a r. m. superscr.) Mb. Pro *delicata* Mc pr. exhibebat *delicta*, *dedicata* offert A. Tum *in nobis* Mc et proxime *ad gloriam merces* A. In seqq. est *sic* pro *sit* in Fr. Emm. B et A. Dein *ad tollerantiam* scribunt Mabc. B. A. 15) *accessus* Md. 16) *verticem montium* Ma, *montium vertices* A. 17) *accendas* pr. Mc, *attendat* A. 18) *dominus* om. A.

XVII. 1) *debetis* Md. 2) Deest in A. Pro *vos* Mb habet *vobis*, Fr. Emm. 2. *in vobis*. Mox *virtutum* A.

